LUPOLDI DE BEBENBURG,
Moguntinenſis, Herbipolenſis, Babenbergenſis Eccleſiarum Canonici:
Doctoris Decretorum: ac tandem Epiſcopi Babenbergenſis,

TRACTATUS
De

JURIBUS REGNI ET IMPERII ROMANORUM.

Adjectus eſt, ob argumenti ſimilitudinem,
HIERONYMI BALBI, EPISCOPI GURCENSIS,
De

CORONATIONE LIBER,

Quibus acceſſêre
MARQUARDI FREHERI
NOTÆ *Poſthumæ in Lupoldum*,
Accurante
MATTHIA BERNEGGERO
Antehac edita.



ARDVA QVÆ PVLCHRA.

HEIDELBERGÆ,
Typis ADRIANI WYNGAERDEN, Academiæ
Typographi, Anno M. DC. LXIV.

Digitized by Google

V. N. & Ampliſſimo,

GEORGIO-MICHAELI LINGELSHEMIO,

S. P. D.

VOLENS ad te, cum ſuis in Lupoldum Bebenburgium Notis, Freherus *ille tuus, ecce, ventitat: imò lætus lubenſq; quid ni faciat? ad incomparabilem olim ac deſideratiſſimum amicum:* ὅμοιος ὡς τὸν ὅμοιον: *&, quod caput eſt, in ipſo hoc opuſculo poſthumo typographicum ad prælum adornando, præclarè de ſeſe meritum. Illud enim cùm Ampliſſ. Conſultiſſimiq; Viri, D.* Daniel Osingerus, *& D.* Josias Glaserus, *olim ab Autore tranſmiſſum, quæ ipſorum in rem literariã & in me benevolentia eſt, mihi perbenignè committerent in lucem producendum: & verò, ut amat in doctiſſimi cujuſq; manu fieri,* δυσανάγνωστα *quædam occurrerent; horas benè multas relectioni ſcripti mecum impéndere, & qui publicationem obices morabantur, amovere dignatus fuiſti. Quæ cauſa etiam, ut hæc ipſa tibi dicanda ſtatuerem, ſed non ſola, fuit. Nam & ſi nomen tuum tam bonum, ut notam non malæ mercis, in fronte præſcriptum hæ Notæ haberent; eas etſi vel nullâ ſuſpensâ hederâ per ſe commendatiſſimas, commendabiliores adhuc redditum iri, ſum arbitratus. Ad hæc admiratio exquiſitiſſimæ doctrinæ tuæ, quæ velut illicio quodam, (ut in alio ſua quemq; natura delectat) ſummos quoq; melioris orbis Europæi viros, amicos tibi conciliavit: illius inconcuſſi in hac multiplici fortunæ novercantis injuriâ ro-*

Digitized by Google

boris, invictæq; conſtantiæ: magni illius, & quicquid in hoc orbe vaniſſimo VANUM *eſt, ex alto deſpectantis animi: deniq; ut paucis multa dicam, παντοίας illius ἀρετῆς tuæ, cujus etſi nihil præter exemplum hominibus ſæculi tui dediſſes, multum daturus fueras, jam pridem perpetuam ad obſervantiam & cultum animi tibi me devinxit. Illa verò incredibilis humanitatis officia, quæ mihi ſubinde præſtas ad familiare colloquium admiſſo, à quo nunquã, niſi melior, & doctior, κρείττων ἐμαυτοῦ, digredior, ad animi quoq; gratitudinem obſtrinxêre. Cujus & obſervantiæ & animi grati publicum aliquod monumentum ad aram Memoriæ ſuſpendere, pro eo ac debeo, tam cupio, ut, cùm in hoc tempore nihil te, tali Viro, dignum, ex paupertina meæ litteraturæ ſupellectile depromere licuerit, alienâ uti arcâ, & hoc Freheri opuſculum, in quo nihil præter editionis curam, meum eſt, offerre tibi non dubitárim. Itaq; verſuram facio, quod mala nomina ſolent. Tu verò, Vir magne, benignos creditores imitatus, hac ex alieno ſoluti debiti particulâ tantiſper te ſuſtentari ſine, dum liceat aliquo proprio ingenij mei proventu, ſortem ipſam cum uſurâ dependere. Id quod, ſi Muſæ adnuent, ſi vita ſuppetet, aliquando futurum confido. Vale. Argentorati, Calend. Martij, Anno* 1624.

T. N. & Amp.

Obſervantiſs.

Matthias Berneggerus.

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO SAXONIÆ DVCI FRIDERICO,

Sacroſancti Romani Imperii, & Supremi Chriſtianorum Regni

PRINCIPI ELECTORI IACOBUS WIMPHELINGUS Seſe Commendat.

ERNESTUM Patrem tuum magnam præ ſe ferre prudentiam & gravitatem, omnes adoleſcentes dijudicabamus, qui annos fermè ante quadraginta Erfordiæ ipſum conſideravimus, dum fraternum bellum inter Ludovicum & Henricum Haſſiæ Landgravios dirimebat. Eas tu patris tui virtutes hereditario jure, magnanime Friderice, poſſidens, auges & accumulas: quippe qui Latinas literas amas, intelligis, veneraris, quibus nobiliſſimæ Saxonum domus ſplendorem illuſtrare, & Chriſtianorum Cæſarum Othonum (qui & Imperio & Eccleſiæ profuerunt) imitatorem oſtendere te poſſis. Scis etenim Ptolemeum Philadelphum, Solonem, Moſen, Davidem, Solomonem, Julium, Auguſtum, Plinium Secundum, Carolum Magnũ, tres Othones progenitores tuos, & Sigiſmundum Chriſtianiſſimum Imperatorem, ſua doctrina majorem tùm ſibi tùm Reipublicæ gloriam peperiſſe: quàm ſi neglectis bonis litteris, ſylveſtri venatui, furioſo haſtarum congreſſui, mollibusve choreis muliebriter vacaviſſent. Alexander Magnus, dum cognoviſſet libros, quos, ex Ariſtotele audierat, in vulgus ab eo editos: atque ea tempeſtate armis exercituque omnem prope Aſiam teneret, regemque i-

que ipſum Darium prælijs & victorijs urgeret: in illis tamen tantis negocijs litteras ad Ariſtotelem miſit, non eum rectè feciſſe, quod diſciplinas, quibus ab eo ipſe eruditus foret, libris foras editis invulgaſſet. Nam qua, inquit, alia re præſtare cæteris poterimus, ſi ea quæ ex te accepimus, omnium prorſus fient cōmunia? Quippe ego doctrina antei-re malim, quàm copijs atque opulentia. Juravit Franciſco Petrarchæ Robertus Siciliæ Rex, dulciores & multo chariores ſibi litteras eſſe, quàm regnum: & ſi alterutro carendum ſit, æquanimius ſe diademate, quàm literis cariturum. Et Rex quoque noſter Maximilianus Latinam linguam probè callens, in ejus elocutione plurimum delectatur. Quoniam igitur, Friderice princeps clariſſime, iſtos ſapientiſſimos Reges ſequeris: impulſus ſum, nobile Lupoldi Bebenpurgenſis opus *De juribus & translatione Imperij*, à Matthia Schurerio gentili meo (qui te terrasque tuas, quas peragravit, magnis laudibus effert) impreſſum, tuæ Clementiæ dedicare. Liceat autem mihi cum venia tua, Dux inclytiſſime, unum addere. Quia novum in civitate tua Witenbergenſi gymnaſium erexiſti, ut pro ſumma tua virtute circumſpicias, ne teneri adoleſcentes & dociles Scholaſtici, qui ad tuam Academiam convolabunt, & patrimonium ſuum illic effundent, à laicis, ab æmulis cleri, à ſatellitibus tuis, contra omne jus inhumaniter invadantur, ſaucientur, transfodiantur: ne pii parentes cum ipſa ſubſtantia charos filios non abſque lachrymis & gemitu perdant, quos baculum ſenectutis ſuæ, lumen oculorum ſuorum, & reſiduæ vitæ ultimum ſolatium ſibi ſperabant affuturos. Ex Argentorato, ubi nuper Erneſtum fratrem tuum Magdeburgenſem Archiepiſcopum, Germaniæque primatem ſive Patriarcham, vidimus Guilhelmo Comiti Honſtenio, Argentinenſi Epiſcopo, Romanorū Rege cū Pricipibus præſente, conſecrationis munus piè ac devotè in ſummo templo conferentem: die VII. Julij, Anno M. D. VIII.

Fr. Petr. l. t. rer. mem. tract. 2. c. 26.

Digitized by Google

ELOGIA AUTORIS.

H*Ic eſt ille* Lupoldus, *qui Johannis Andreæ maximi Juriſconſulti quondam auditor fuit: qui & ab ipſo Doctoratus inſignia accepit: & quem, licet ſuum diſcipulum, tantus tamque illuſtris Præceptor, uti veritatis teſtem citavit in Addit. ad Speculat. Tit. de reſcript. §. fin. verſ.* Item quod eſt obtentum ab Imperatore nondum coronato. *Magna gloria eſt, fuiſſe diſcipulum Johann. Andreæ: major, ab ipſo Doctoratus ornamentis eſſe inſignitum: maxima, diſcipuli verba à ſuo magiſtro & præceptore allegari, & allegationibus ſuis corroborari.*

JOHANNES TRITHEMIUS ABbas Sponheimenſis, de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

LUPOLDUS de Bebenburg. Epiſcopus Bambergenſis, natione Teutonicus, & Johannis Andreæ Bononienſis quondam auditor, Jureconſultus celeberrimus, & tàm in divinis ſcripturis, quàm in ſecularibus litteris nobiliter doctus: ingenio ſubtilis; & clarus eloquio. Edidit non ſpernendæ lectionis opuſcula, quibus nomen ſuum ad noticiam poſteritatis cum ingenti gloria tranſmiſit. E quibus extat opus inſigne *De Zelo Chriſtianæ religionis veterum Principum Germanorum, lib.* 1. *De Juribus Imperij Romani, lib.* 1. Et alia quædam in diverſis materijs volumina, quæ ad me nondum venerunt.

EX CHRONICA MONASTERII S. Blaſij, ſub geſtis Caroli IV. Imp. ex m. ſ. P.

D*Ominus* Balduinus *Archiepiſcopus Trevirenſis, ad quem D. Lupoldus de Bebenburg hunc libellum ſcripſit, Comes fuit de Luzelburg, filius ſcilicet D. Heinrici Imp. avi Caroli IV. Qui eandem Eccleſiam quadraginta annis & amplius laudabiliter rexit; mortuusq; fuit menſe Januario, anno Domini M.*CCCLIV.

Ipſe

Digitized by Google

Ipſe autem D. Leupoldus primùm promotus fuit in Epiſcopum Babenpergenſem: atque ex poſt, menſe Martio II. *Non. Anno Domini M.* CCC LVII. *eidem D. Leupoldo, ad petitionem prædicti Domini Caroli Imp. per Dn. Innocentium Papam VI. proviſum fuit de Eccleſia Conſtantienſi, poſtquam jam vacavit uno anno, unoque menſe, &* XVI. *diebus, per mortem D. Johannis Windlok Epiſcopi Conſtantienſis, in palatio ſuo occiſi. Attamen quomodocumque idem D. Leupoldus poſſeſſionem adſecutus non fuit: ſed D. Hainricus de Brandis, Abbas loci Heremitarum.*

EX CHRONICO BAMBERGENſi, quod habemus m. ſ.

LEUPOLDUS de Bebenperg Decretorum Doctor, XXVI. Epiſcopus ordinatur, & confirmatur Avenione, eo perſonaliter ibi exiſtente, Anno Domini M. CCC LIII. Sedit annis decem. Hic quondam notabilem Chronicam de tranſlatione regni & imperii Romanorum ad Alemanos, alióſque tractatus & ſcripta edidit & compoſuit, videlicet de Zelo Chriſtianæ religionis, quem miſit Rudolpho Duci Saxoniæ. Sepultus eſt in Choro S. Petri, circa altare vicinum ſepulchri D. Leupoldi de Grundlach, & Lamperti de Brun: cujus anniverſarius agitur in octava Simonis & Judæ. Hic præter multa bona quæ fecit, dotavit vicariam S. Laurentij.

JOHANNES AVENTINUS Annalium Bojorum libro VII.

CÆteri Theologi, item utroque jure periti, in eandem ſententiam cum Wilhelmo Occomenſi pleraque diſputarunt, & in libellos redegerunt, quæ opera cum blattis in Bibliothecis colluctantur. Leopoldus Epiſcopus Bambergenſis de hac reſcripſit: cujus opuſculum ante annos tredecim Jacobus Wimphelingius, ſacrarum litterarum profeſſione & diſciplina inclitus, excudendum curavit, Fridericoque Saxonum rectori, Muſarum patrono & omnium eruditorum Mecœnati dedicavit.

Digitized by Google

INDEX CAPITUM.

PRÆSENS TRACTATUS, PRÆMISSO BREVI PROOEMIO, PER DECEM & NOVEM INFRA SCRIPTA CAPITULA EST DISTINCTUS

Cap. *I. agit de origine & initijs regni Francorum, & de tranſlatione Imperij Romani de Græcis Imperatoribus ad Reges Francorum, in perſonam Caroli Magni facta.*

Cap. *II. tractat de diviſione Regni & imperij Francorum, & de diverſis ſtatibus & variationibus, à tempore translationis Imperij, uſque ad præſens tempus, in Regno & Imperio habitis.*

Cap. *III. declarat, quòd Imperium Romanum fuit translatum de Græcis Imperatoribus in perſonam Caroli Magni, ad Reges Francorum, & nihilominus etiam ad Germanos: & quòd non per Stephanum Papam ſecundum, ſed per Leonem Papam tertium, translatio huiuſmodi fuit facta. In quo capitulo incidenter Franci Germanici commendantur: & oſtenditur, quòd Regnum & Imperium Romanum hodierno die principalius eſt ipſorum.*

Cap. *IV. expendit, quis ſit aut fuerit effectus traslationis Imperij, & quæ ſint cauſæ ſeu cauſa traslationis ejuſdem.*

Cap. *V. probat, quòd electus in Regem ſeu Imperatorem à principibus Electorib. in concordia, poteſt ex ipſa electione licitè nomen Regis aſſumere, ac jura & bona Regni & Imperij in Italia & in alijs provincijs Regno & Imperio ſubiectis adminiſtrare. Et hic eſt primus articulus ſuper jurib. Regni & Imperij conceptus. In quo capitulo incidenter oſtenditur, quòd regnum Germaniæ habet ſe ut principale, reſpectu regni Italiæ: & illud ut acceſſorium, reſpectu dicti regni Germaniæ. Et aſſignatur cauſa, quare electus à principibus Rex Romanorum appellatur. Et qualiter poſt diviſionem regni Francorum, regnum Lotharienſe ſeu Lotharij, ſitum inter Rhenum & Moſam fluvios, pervenerit ad reges Germaniæ, ibidem etiam incidenter tractatur.*

Cap. *VI. tractat, quòd electus in Regem ſeu in Imperatorem à Principibus, etiam in diſcordia, dummodò ſit electus à maiori parte ipſorum poteſt ex tali electione licitè nomen Regis aſſumere, ac jura & bona regni & imperij in provincijs ſubjectis regno & imperio adminiſtrare. Et eſt ſecundus articulus. In quo capitulo incidenter reprobatur opinio Hoſtienſis, quæ habet* quòd electio Regis ſeu Imperatoris pertineat ad Principes ut ſingulare perſonas & non ut ad collegium.

** Cap. VII.

Cap. VII. *probat, quòd Rex Romanorum poſt electionem concordem, vel à maiori parte Principum de ſe factam, habet eandem poteſtatem in Italia, & in cæteris provincijs regno & Imperio ſubiectis, quam & Imperator. Et eſt tertius articulus. In quo capitulo incidenter ponitur opinio multorum dicentium*, quòd Rex Galliæ occidentalis, (*qui hodie Rex Franciæ ſeu Francorum nuncupatur*) ſit exemptus ab Imperio: *& aliqua motiva ejuſdem opinionis tanguntur, Ipſiuſq; determinatio maioribus reſervatur. Ibidem etiam incidenter tractatur de duplici Francia, & unde qualibet ipſarum ſic vocetur.*

Cap. VIII. *probatur, quòd electus in Regem ſeu Imperatorem, poſt electionem concordem Principum, vel à maiori parte ipſorum de ſe factam, à Papa ſeu Eccleſia Romana nominationem regiam, vel perſonæ approbationem petere vel recipere non tenetur. Et eſt quartus articulus. In quo capitulo incidenter notantur ſex cauſæ, ratione quarum eſt ſpecialis quædam conjunctio inter Papam & Imperatorem.*

Cap. IX. *probat, quòd, juramentum quod præſtat Rex Romanorum Papæ ſeu Eccleſiæ Romanæ, non eſt juramentum homagij, ſcil. quod vaſallus præſtat domino ſuo ratione feudi: ſed eſt iuramentum defenſionis fidelis, per ipſum Papæ & Eccleſiæ Romanæ impendendæ. Et eſt quintus articulus. In quo capitulo incidentur recitantur opiniones de juriſdictionibus, eccleſiaſtica ſcilicet & ſeculari, an ſint diſtinctæ vel non: ipſarumq; opinionum determinatio maioribus reſervatur.*

Cap. X. *formantur duas oppoſitiones contra primum & ſecundum articulos præmiſſos, & ſolvit.*

Cap. XI. *format duas oppoſitiones contra prædictum tertium articulum, & ſolvuntur.*

Cap. XII. *formantur octo opiniones contra prædictum quartum articulum, & ſolvuntur.*

Cap. XIII. *formantur quatuor oppoſitiones contra quintum articulum præmiſſum, & ſolvuntur.*

Cap. XIV. *probatur, quòd per ſubmiſſiones vel recognitiones Regum Romanorum Papæ & Eccleſiæ Romanæ factas, non præiudicatur regno & Imperio in ſuis juribus, quo minus principes Electores, & alij principes & populus regni & imperij poſſint contradicere, ipſorumq; contradictio ſit admittenda.*

Cap. XV. *oſtenditur, quòd in regnis Occidentalibus ex conſuetudine tanti temporis, cujus contrarij non eſt memoria, poteſt habere locum ſucceſſio generis: & qualiter Reges poſſunt ex conſuetudine in ſuis regnis merum & miſtum imperium exercere.*

Cap. XVI.

Cap. XVI. *declaratur, quòd Rex Romanorum non ex unctione & coronatione imperiali, ſed poſt ipſas receptas, virtute traſnlationis imperij de Græcis in perſonam Caroli Magni, conſequitur poteſtatem imperialem in regnis & provincijs duntaxat, quæ non erant ſub dominio ejuſdem Caroli ante tempus traslationis prædictæ. Finaliter tamen maioribus hujus dicti dubij determinatio reſervatur.*

Cap. XVII. *expeditur, qualiter populus regni Francorum potuerit Hildericum regem à regno Francorum deſtituere, cum fuerit maior populo, nec autoritas Imperatoris interuenerit.*

Cap. XVIII. *oſtendit, quòd Carolus Magnus Italiam & multas alias provincias per bella licitè acquiſivit; non obſtante quòd bella huiuſmodi geſſerit abſque autoritate Imperatoris Conſtantinopolitani Græcorum.*

Cap. XIX. *hic tractatus domino Baldevino Archiepiſcopo Trevirenſi offertur, & duo motiva compilationis ejuſdem tractatus ſubiunguntur, ipſiusq; inſufficientia excuſatur: demum correctio & emendatio ejus per ordinationem dicti Domini Archiepiſcopi fieri petitur, & quicquid eſt veritatis in ipſo tractatu, Deo attribuitur.*

Ad inveniendum verò facilius omnes materias, de quibus pro ſolutione oppoſitionum in hoc tractatu factarum, aliquid loqui neceſſe habui ſciendum eſt, quòd in decimo capitulo prædicto, in prima oppoſitione ibidem facta oſtenditur, quæ & qualis examinatio perſonæ Regis Romanorum pertineat ad Papam, & ad eccleſiam Romanam; & quæ idoneitas ſufficiat in perſona Regis Romanorum ad Imperium promovenda.

Circa II. autem oppoſitionem in dicto capitulo poſitam, reprobatur opinio dicentium, quòd electus in Regem Romanorum, ex coronatione Aquiſgrani per Archiepiſcopum Colonienſem habita, recipiat poteſtatem & autoritatem adminiſtrandi jura & bona regni & Imperij, etiam poſito quòd de conſuetudine non admitteretur ad adminiſtrationem huiuſmodi, ante dictam coronationem: & aſſignatur cauſa, quare electus hujusmodi recipiat duas coronationes regales, ante coronationem imperialem.

Item in XI. Cap. circa primam oppoſitionem ibi poſitam oſtenditur, quòd Rex Romanorum ante coronationem imperialem poteſt privilegia concedere.

Circa ſecundam verò oppoſitionem in eodem capitulo poſitam declaratur, quid unctio & coronatio addat ultra nomen Imperatoris: ſeu potius, quid Rex poſt unctionem & coronationem imperialem, virtute traslationis imperij conſequatur. Et ejus, quod circa hoc ibi dicetur, determinatio maioribus reſervatur.

Item in XII. Cap. circa primam oppoſitionem ibi factam oſtenditur, quòd

Digitized by Google

nominatio Regis Romanorum per Papam habita, nihil omninò juris tribuit nominato.

Circa II. verò oppoſitionem ibidem factam declaratur, quòd quando dubium juris vel facti emergit in diſcordi electione regum Romanorum, quòd Papa poteſt id decidere, cognoſcendo de hoc; & quare & qualiter tuncpoſſit unum approbare, reliquo reprobato & quod approbatio quondam Heinrici Imperatoris ſeptimi, & approbatio vel aſſumptio quondam Alberti Regis Rom. fuerunt potius de ſolennitate quàm de juris neceſſitate per Eccleſiā facta.

Circa III. oppoſitionem capitulo XII. *oſtenditur, qualiter ſit intelligendum idquod dicitur;* Ius & poteſtatem eligendi Regem Romanorum in Imperatorem poſtmodum promovendum, perveniſſe ab Eccleſia Romana ad cæteros Germaniæ principes.

Circa IV. oppoſitionem dicti capituli probatur, quòd Papa coronando Imperatorem, dicitur eum approbare ſeu confirmare, quoad ea quæ poſt unctionem & coronationem hujuſmodi aſſequitur.

Circa V. oppoſitionem prædicti capituli XII. *enucleatur, qua fretus autoritate Papa tranſtulerit imperium de Græcis in perſonam Caroli Magni. Et quod ex translatione hujuſmodi Papa non habet approbare perſonam electi in Regem ſeu Romanorum Imperatorem.*

Circa VI. oppoſitionem dicti capituli explicatur, quando & cujure depoſitio Imperatoris pertineat ad Papam.

Circa VII. oppoſitionem ejuſdem capituli oſtenditur, qualiter ſit intelligendum id quod dicitur in Canone, quòd videlicet Papa regem Francorum depoſuit, & Pipinum patrem Caroli Magni in ejus locum ſubſtituit.

Circa VIII. autem & ultimam oppoſitionem dicti capituli declaratur, quòd Papa non habet maiorem poteſtatem circa Imperium in Italia, quàm in aliis provinciis regni & Imperij *Romanorum.*

Item in X II. *prædicto, cap. circa primam oppoſitionem ibidem factam recitantur variæ opiniones circa donatione Conſtantini Magni, eccleſiæ Romanæ in perſonam beati Sylveſtri Papæ factam: quarum determinatio maioribus reſervatur.*

Circa II. oppoſitionem ejuſdem capituli declaratur, qualiter ſit intelligendum, quòd Innocentius & Hoſtienſis dicunt, Imperatorem tenere imperium à Papa.

Circa III. oppoſitionem dicti capituli dicitur, qualiter intelligendus ſit Canon dicens, regimen Romanæ eccleſiæ conceſſum eſſe Teutonicis.

Circa IV. *& ultimam oppoſitionem in eodem capitulo poſitam oſtenditur, qualiter ſit intelligendum dictum Hoſtienſis, qui dicit,* quòd Imperator eſt ſeudatarius eccleſiæ Romanæ.

FINIS.

Digitized by Google

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO (A) BALDEVINO S. TREVERENSIS ECCLESIÆ ARCHIEPISCOPO, SACRIQVE IMPERII PER GALLIAM ARCHICANCELLARIO,

LVPOLDVS DE BEBENBVRG, SOLA DEI PA-
tientia Decretorum Doctor vocatus, ſuus deuotus clericus, cum recommendatione ſui, vtriusq́; hominis ſoſpitatem.

CVM INTER OMNES PRINCIPES ecclesiaſticos & ſeculares Germaniæ, ac etiam (b) Galliæ Belgicæ, (c) cuius primas eſtis, vt legitur in canone xi. q. 3. Theugualdum. & ſic etiam patriarcha, vt patet 99. Diſt. in princ. & c. 1. & 2. vos ſacri Romani regni & imperij præcipuum, experientia docente, cognouerim zelatorem, exemplum in hoc recolendæ memoriæ domini Henrici Romanorum Imperatoris ſeptimi vestri

MARQVARDI FREHERI NOTÆ Ad epiſtolam dedicatoriam.

(A) D. *BALDVINO ARCHIEP. TREVER.*) De hoc ita F. Johan. Scheckmannus in Medullâ geſtorum Trevir. cap. IX. *Miſit tum Deus virum omnibus imitabilem & honorabilem cunctis, Dn. Baldevvinum Comitem de Lutzenburgio, niorem quidem ætate, moribus verò ipſos etiam ſenes graviſſimos transcenradentem. Hic itaq́; conſtitutus eſt communi omnium aſſenſu nonageſimus junterius Archiepiſcopus. Erat (ut hiſtoria vitæ ejus recitat) haud longioris ſtaturæ, vivacis ingenii tenacisq́;, dulcis eloquio, maturus conſilio, aſpectu decorus, affectu deſiderabilis. Hoc non utilior Epiſcopus fuit in diœceſi. Bella geſſit multiplicia: (invaſerunt enim gregem Trevericum lupi rapaces) in bellis ſemper fortunatus. Impignorata redemit, caſtella, pagos, territoria, cum exitibus, & reditibus, reditus cum proventibus maximis conquiſivit diœceſi. Juvat rem Treverenſium laudē exprimētem inſerere. Circa id temporis erat quidam*

veſtri germani, qui (d) iuriũ regni & imperij zelator & perſecutor ardentiſſimus extitit, laudabiliter imitando: idcirco tractatum infra ſcriptum de eiuſdem regni & imperij iuribus poſt tempus ipſius tranſlationis imperij de Græcis Imperatoribus ad Reges Francorum & ad Germanos in perſonam Caroli Magni factæ, à mea paruitate collectum. Venerandæ veſtræ paternitati duxi ſpecialiter adſcribendum.

Quem

quidam Petrus de Caligâ dictus, ex Treveri oriundus. Hic cùm eſſet Doctor Iuris, Medicinæ Phyſicæq́; habebat peritiam. Miſſus fuit Romam pro obtinendo pallio, Maguntinenſi Archiepiſcopo jam noviter electo. Aliquamdiu morans ad conſpectum nequierat venire Pontificis. Audit infirmari Papam forti febre: petit ſe admitti: obſervat quódnam ſit febris genus, datq́; medium: & ſanatur Papa Treverico medico, quem omnes Phyſici Romani curare non poterant. Miratur Pontifex Maximus, & collaudat hominem: quare venerit, quid peteret, percontatur. Ille, Beatiſſime Pater, inquit, confirmationem peto Electo nuper Maguntino Episcopo. Pontifex ad hæc: Petre, roga pro te, & quare tibi ipſi non impetras. Ille, domine Pater, non ſum dignus. Tum Pontifex, dignum te facimus. At ille: eapropter miſſus non ſum. Pontifex; nihil officit. Ego te conſtituo Archiepiſcopum Maguntinum: Eſto poteſtatem habens ſuper ſedem illam: Fer curam: Te excuſabo. Tum confirmatus, conſecratus, & benedictus ad Maguntinos miſſus eſt. Arctiſſimo vinculo amicitiæ Baldevvinus illi Petro connexus erat non-Archiepiſcopo: facto fit tum conjunctior. Habuit Baldevvinus fratrem Henricum, juſtum, prudentem, honeſtum, catholicum, dilectum omnibus: quem cooperante Petro illo Maguntino Præſule, ad imperii culmen promovit, appellatum Henricum VII. Imp. Idem Baldevvinus pontem ſuper Moſellam Confluentiæ conſtruxit. Et quod religioſus religioſos diligebat, cùm jam variorum ordinum Treveris eſſent monaſteria, ordinem Carthuſianum ibidem plantavit extra portam mediam, conſecrans Eccleſiam ſub honore S. Albani Martyris: quod eâ de cauſâ factum putant, quoniam conſenſerit in expulſionem Monachorum Maguntiæ ad S. Albanum, ad introductionem autem ſæcularium Canonicorum. Conflavit præterea Confluentiæ ejus ordinis Carthuſini conventum in monte S. Beati Confeſſoris: quibus omnibus victualia affatim providit. Tandẽ morte ſubtractus, funeratus eſt magnificè in Eccleſiâ majori ad Chorũ S. Nicolai. Plura de ejus Præſulis laudatiſſimi geſtis requiri poſſunt

apud

Digitized by Google

Quem etſi correctioni meorum maiorum, ac cuiuslibet me-lius me ſentientis ſubjiciam, ipſum tamen in omnibus & ſingulis capitulis & dictis ſuis tantò ſingularius eiuſdem veſtræ paternitatis correctioni, nec non ſuppletioni ac emendationi ſubmitto, quantò vos prætextu dicti zeli noticiam iurium huiuſmodi habere præſumo cæteris pleniorem: profitens me circa eadem iura regni & imperij Romanorum

apud Trithemium Abbatem in Annalib. Spanheimenſibus. Ejus quoque Epitaphium tale legitur:

Hic Baldovvinus jacet antiſtes Treverinus,
Magnificus, juſtus, patriæ lux, mente venuſtus.
Lutzenburg natus: ſepteni deniq; gra us
Cæſaris Henrici germanus, juris amici.
Utilis Eccleſiæ pater hujus, dote Sophiæ
Quam bene reſpexit, augens permultáq; rexit
Sex quadraginta ferè ſic annis, queis, tibi verè
Guerra frequens crevit graviter, raróq; quievit
Vincere pradones, & caſtra per obſidiones.
Anno milleno, C. ter, L, I, ter. duodeno
Carne Calendarum fuit exutus Februarum.

(b) *GALLIÆ BELGICÆ*) Treveris ab omni antiquitate Belgio accenſebatur, ut apud Jul. Cæſarem & Tacitum apparet. Pomponius Mela lib. III. cap. 2. *Aquitanorum clariſſimi ſunt Auſci, Celtarum Hedui, Belgarum Treveri.* Vibius Sequeſter de fluminibus: *Moſella Belgica, defluit in Rhenum.* Auſonius Moſellâ:

Et tandem primis Belgarum conſpicor oris
Nivomagum, divi caſtra inclyta Conſtantini.

Et omninò tota Belgica (ut ex veteri provinciarum notitiâ & Am. Marcellino diſcere eſt) bipertitô ſecta fuit, in Primam & Secundam. In illâ ponebantur Treveri, Mediomatrici, Leuci, Verodunenſes: In hac Remi, Sueſſiones, Catalauni, Veromandui, Atrebates, Cameracenſes, Tornacenſes, Silvaneſtenſes, Bellovaci, Ambiani, Bononienſes. Inde eſt quòd in tabulâ Itinerariâ Peutingerianâ, grandioribus litteris ſcriptum BELGICA per medios uſque Treviros extenditur.

(c) *Cujus Primas eſtis.*) De hoc primatu Trevirenſis antiſtitis inter

 Eccleſias

rum tenere, quod veſtræ paternitatis circumſpectio approbat; & non tenere, quod decreuerit reprobandum: vt ſic tractatus iſte, reprobatis primitus reprobandis in ipſo, per veſtram approbationem & impartitam eidem auctoritatem, veſter per omnia cenſeatur, vt C. de vet. iure enucl. L. 1. §. ſed neque. Ext. de præbend. c. ſed cum. & c. ſi apoſtolicè. lib. 6.

Eccleſias Galliarum multa annotat doctiſſimus Commentator Venantii Fortunati Poëtæ & Epiſcopi, illo loco ad Nicetium Epiſcopum Trever:

Splendor, apex fidei, venerandâ mente NICETI.
Totius orbis amor, pontificumq; caput.
Summus Apoſtolico præcellens paſtor ovili
Auxiſti meritis quidquid honoris habes.

(b) *Jurium regni Zelator)* Eundem Henricum VII. Imp. infra cap. 9. in fine, Chriſtianæ religionis ac totius juſtitiæ zelatorem eximium ac fervidum proſecutorem appellat. Fr. Petrarcha in exhortat: de pacificandâ Italiâ ad Carolum IV. Imp. hoc ei elogium tribuit: *Unus tibi pro omnibus ſatis erit Henricus ſeptimus æternæ memoriæ ſereniſſimus avus tuus: cui ſi ad explenda quæ ſacrâ mente conceperat, vita ſtatium ſuffeciſſet, verſâ rerum ſorte & afflictos hoſtes, & Romam regnantem, & liberrimos Italiæ populos ac feliciſſimos reliquiſſet.*

F I N I S.

INCIPIT PROOEMIVM TRACTATVS DE IVRIBVS REGNI *& Imperij Romanorum.*

DE ſacri regni & imperij Romanorum iuribus, à tempore & poſt tempus tranſlationis ipſius imperij de Græcis Imperatorib. in perſonam Caroli Magni ad reges Francorum, & inde ad Germanos, per ſacroſanctam Romanam eccleſiam factæ, ſecundum mei modicitatem ingenij, prout annuerit diuina clementia, tractaturus: prius de origine ac initijs nobiliſſimi regni Frãcorum, ac de tranſlatione huiuſmodi, aliqua præmittere vtile iudicaui, arbitrans fore inconueniens, omiſſis initijs atque origine non repetita, (a) de regni & imperij iuribus, illotis (vt ita dicam) manibus, protinus tractare materiam, vt accedat quod legitur ff. de orig. iur. l. 1. Sæpe namque longinquitate fit temporis, vt proprietas ſeu conditio originis non pateſcat. 12. q. 2. longinquitate. & can. Sæpe. Huius autem tractatus ſcripta correctioni maiorum meorum, & cujuslibet melius ſentientis ſubjicio, vt per hoc pateat me reprehendi non poſſe, 24 q. 1 Hæc eſt fides: & Ext. de ſum. trinit. & fide cathol. Damnamus, iuxta finem.

(a) *De juribus Regni*) Titulus hic diverſimodè in mſſ. codicibus legitur. In meo quodam: *Incipit tractatus de juribus regni Francorum & Imperii, editus à D. Lupoldo de Bebenpurch.* At in Palatino: *Liber de poteſtate & Jurisdictione Electorum ſacri Imperii, & electione Regis.*

FINIS.

De origine & initijs regni Francorum, & de tranſlatione imperij Romanorum de Græcis imperatoribus ad reges Francorum, in perſonam Caroli Magni facta.

CAPVT I.

LEgitur itaque in Chronica Euſebij, in ea parte vbi agitur de geſtis Valentiniani imperatoris, vbi plenè proſequitur (a) Euſebius de origine gentis & regni Francorum, quòd poſt (b) excidium Troiæ, illo tempore quo Æneas in Italiam venit, quidam

(a) *Euſebius de origine gentis*) Quæ iſta Chronica? quis Euſebius, etiam in ſequentibus toties teſtis laudatus rerum multis ſæculis ab illius ætate remotarum? Nam nec in continuatoribus Euſebii, Proſpero, Hieronymo, Marcellino, adeóque Palmerio iſta de Francis leguntur. Sciendum igitur eſt, plærosque omnes Chronicorum & Annalium ſcriptores (quod genus ſingulæ propemodum Eccleſiæ Cathedrales, cœnobia, collegia, gymnaſia habebant) initium operis ſui à temporibus illis ſumſiſſe, atque adeò totam Euſebii Chronologiam iſthuc tranſtuliſſe, eâmque poſtea per temporum ſucceſſiones ad ſuum uſque ævum continuâſſe. Tali compilatione cùm etiam Lupoldus noſter uteretur, quæ Euſebii nomen fronte præferebat, quæ erat ejus ſeculi ἀνιστορησία, non jam alio totum autorem nomine laudandum putavit. Uſum præterea his ferè autoribus (ne quis fortè Saluſtii, Tranquilli & Taciti aliorúmque ſelectiorum notitiam hic exiget) Lupoldum noſtrum apparet: Godfrido Viterbienſi, Martino Polono, Vincentio Beluacenſi, Reginone, & Francorum quadam Chronicâ, de qua ſuo loco plura dicemus.

(b) *Poſt excidium Trojæ*) Ab origine Trojanâ Francos repetunt omnes eorum ſcriptores, Aimoinus, Turonicus, Sigebertus, Ado, Hunibaldus; è recentioribus Gaguinus, Forcatulus, Ronſardus. Et vetus ea ipſis perſuaſio, ut ex Taciti etiam Germaniâ colligimus, & illo Marcellini loco lib. xv. de Galliâ loquentis: *Ajunt quidam, paucos poſt excidium Trojæ fugitantes Græcos ubiq; diſperſos loca hæc occupâſſe tunc vacua.* Æneas prim. Æneid.

———— ———— Nec quicquid ubiq; eſt
Gentis Dardaniæ, magnum quæ ſparſa per orbem.

(c) *Mæotidas*

Digitized by Google

dam ex Troianis ſimili modo profugi circa (c) Mæotidas paludes applicuerunt: ibiqúe conſidentes, terminos ſuos vſque in Pannoniam dilatauerunt, ciuitatem Sicambriam ædificantes, vnde & Sicambri primùm vocati ſunt. Tempore vero quo Alani Mæotidas paludes intr[illegible]verunt, & Romanis rebellarunt, idem Valentinianus imperator, qui (vt refert Euſebius in dictaChronica) regnare cœpit anno Domini CCCLXVII. edictũ protulit, vt gens quæ Alanos intrando dictas paludes vincer[illegible]t, per decem annos proximos libera eſſet ab omni tributo. Tunc quidã de Sicãbria pugnauerunt contra eoſdem Alanos, habitáq; victoria eiecerunt eos: & pro hac victoria per decennium facti ſunt liberi à tributo, & à Valentiniano (d) Franci (quod Attica ſeu Græca lingua idem eſt quod feroces, duri ac fortes, prout dicit dicta

(c) *Mæotidas paludes*) Francorum antiquiſſimi inviis ſtrati paludibus (ut Vopiſcus loquitur) eas regiones colebant, quæ hodiè Hollandia, & Seelandia & Friſia vocantur: undè *Paludoſos Sicambros* Propertius, *Paludicolas* Claudianus nominat: & Sidonius: *Francorum penitiſſimas paludes*. Inde erroris cauſam & fabellam de Mæotidis paludibus arguté detexit Hadr. Iunius in Bataviâ. Francos tamen ſi non inde progreſſi cò uſque excurſiones feciſſe, fatetur Panegyriſtes ad Maximianum Imp. *Recurſabat in animos illa ſub Divo Probo paucorum ex Francis incredibilis audacia & indigna felicitas, qui a Ponto uſq; correptis navibus Græciam Aſiámq; populati, nec impunè plæriſq; Libyæ littoribus appulſi, ipſas postremò navalibus quondam victoriis nobiles ceperant Syracuſas: & immenſo itinere pervecti Oceanum, qua terras rupit, intraverant: atq; ita eventu temeritatis oſtenderant, nihil eſſe clauſum piraticæ deſperationi, quò navigiis pateret acceſſus*. Et addit: *Nunc ſecura eſt, ut de latere Gallico taceam, quamvis penè conſpicuis littoribus Hiſpania, nunc Italia, nunc Africa, nunc omnes uſque ad Mæotidas paludes perpetuis curis vacant gentes.*

(d) *Franci Atticâ linguâ FEROCES*) Iſidorus lib. 9. cap. 2. *Francos alii à feritate morum nuncupatos exiſtimant. Sunt enim in illis mores inconditi & naturalis ferocitas animorum*. Ermoldus Nigellus lib. 1. de geſtis Ludovici Pii:

Namq;

dicta Chronica Euſebij: ſecundum verò linguam (c) Romanâ idem eſt quod liberi) perpetuò ſunt vocati. Expleto verò decennio, dum Valentinianus à Francis ſolita tributa peteret; illi vt erant feroces, tributa ſoluere renuerunt. & miſſos pro ſoluendis tributis huiuſmodi occiderunt. Fuerunt

Namq; ipſum nomen Francorum horreſco recenſens,
Francus habet nomen à feritate ſuâ.
Arma ferunt ſemper, bellis eſt ſueta juventus:
Bajulat hæc juvenis, hoc agit arte ſenex.

(c) *Romanâ idem quod LIBERI)* Ita quidem, ſi Bartoli & ſimilium ſermonem pro Latino accipimus: ut cùm dicunt, *Villa Franca,* pro civitate libera, publicâ, regiâ, imperiali, quæ fiſcum & regalia ſua Principis habet, & à Principum juriſdictione exempta ſtatus Imperii ipſa cenſetur. Et *Franchiſia,* Gallis *Frachiſe,* pro libertate, immunitate, exemptione. Inde & Gallis *Afranchir*, liberum facere, manumittere, libertare; *Afranchi* libertus, manumiſſus, liberatus, exemptus. Et vide, quisquis videre deſideras, Franciæ nominis cauſam apud Turpinum de geſtis Caroli M. cap. XXI. Cæterum origo vocis merè Germanica, libertatem ſonans ſuapte naturâ; ut cùm Belgæ dicunt *Vranc vnd vry.* Atque ideo vel ab indomitis invictisque illis populis, Francis, Friſiisque, primùm pro elogio ſuo uſurpata & jactata, vel ab illorum virtute deſumpta & communis facta, ut alibi docuimus. Riſum nobis igitur debent etiam Græci, qui è ſuâ linguâ originem Francici nominis nimis longè petere voluerunt. Qui illi? Libanius, inquam, Sophiſta in oratione quadam nondum editâ, ubi Francorum (quos ipſe φράκτους nominat, alienam ſcilicet & incognitam linguam reformans) aliâs perhoneſtâ mentionem facit: ἐςὶ γένος κελτικὸν ὑπὲρ Ῥῆνον ποταμὸν ἐπ' αὐτὸν Ὠκεανὸν καθῆκον, οὕτως εὖ πεφραγμένον πρὸς τὰ τῶν πολέμων ἔργα, ὥστε τὴν προσηγορίαν ἐπ' αὐτῶν εὑράμενοι τῶν πράξεων ὀνομάζονται Φρακτοί. ὃ δὲ ὑπὸ τῶν πολλῶν κέκληνται, τοῦτ' ἐστι προσηγορία τῇ τῶν πολλῶν ἀμαθίᾳ διεφθαρμένη. Hoc eſt: *Eſt gens quadam Celtica ſupra Rhenum ad ipſum Oceanum pertingens, adeò ad bellica opera munita & armata, ut appellationem inde nacti* PHRACTI *nominentur. Nam qua vulgò vocantur* (Franci) *ea vulgi inſcitiâ corrupta eſt.*

Secus

erunt autem inter eos tunc duo principes, antiquorum vocabulorum præferentes inſignia, Priamus & Antenor. Propter quod Imperator iuſſit exercitum Romanum cum multis exteris gentibus pugnare contra eos: & pugna commiſſa, in qua dictus Priamus mortuus eſt, & ex vtraque parte multi mortui fuerunt: tandem Franci tantam multitudinem ſuſtinere non valentes, fugerunt. Egreſſi autem de Sicambria venerunt in terram Germaniæ, habitaueruntq; aliquo tempore in Thuringia ſub duobus ducibus ſuis, ſcilicet Marcomede filio dicti Priami, & Sunone filio Antenoris prædicti: quorum etiam ductu(vt refert frater Vincentius in ſuo Speculo Hiſtoriali, libro 17. cap. 95.) ijdem Franci Sicambria egreſſi, tempore imperij Gratiani imperatoris, (f) ſecus Rhenum in oppidis Germaniæ conſederunt. Porrò defuncto Sunnone Franci habito conſilio à Marcomede Pharamundum ipſius filium ad inſtar aliarum gentium regem creaverunt. Leges etiam tunc per ſuos auctores * Guiſogaſtaldum & Salagaſtum compoſitas habere cœperunt: ab illo autem Salagaſto(g) lex Salica nomen acce- *Al. ductores.

(f) *Secus Rhenum*) Progreſſus Francorum in utramque ripam Rheni, Gallica & Germanica, per ſeriem temporum deſcribit Trithemius Abbas in Annal: Francorum. Obſervatum eſt etiam, colores Francis ſignis proprios fuiſſe, ruffum & candidum: qui quidem ut in vexillis Franciæ Orientalis, Præſuli Herbipolitano hodiè geſtatis, ita etiam inſignibus præcipuarum ad Rhenum civitatum, Coloniæ, Moguntinæ, Wormatiæ, Spiræ, Argentinæ, à dominatione Francâ ſuperaſſe exiſtimatur.

(g) *Lex Salica*) Sigebertus CCCCXXII. *Franci uti cœperunt legibus, & legem Salicam dictaverunt per quatuor gentis ſuæ proceres electos de pluribus, his appellatos nominibus, Uſogaſt, Boſogaſt, Salogaſt, Widigaſt: in villis Germaniæ Salehaim, Bodohaim, Windohaim. Hi quatuor proceres per tres mallos convenientes cauſarum origines ſollicitè tractantes, de ſingulis diſcu-*

accepit. Et de hac lege Salica fit mentio in libris Feudorum, de filijs nat ex matrimonio ad morganat cõtract. cap. vnico: & 12. q. 2. c. in legibus, in prima gloſſa. qua etiã lege per multa emp ra vſi ſunt Franci. vnde & ipſi Franci, Salici appellantur. Poſt hæc Franci è Thuringia Rhenum tranſgreſſi, (h) Romanos qu o tempore in Gallia per ſuos magiſtratus vſq; ad Ligerim uuium imperabant, bello aggreſſi, partim ipſos occiderũ, partim etiam fugaverunt: ſicq; illatam ſibi à Romanis inii ã acriter vindicabant. Poſtea captis vrbibus Tornaco & Cameraco, atque paulatim progreſſi & regreſſi, Remos

tiendo ſicut Lex Salica declarat, judicare decreverunt. Porrò ſeparatis libris habetur Lex Salica & Lex Francica. Hæc eſt Occidentalium, illa Orientalium. (ut malè à quibuſdam Lex Gallica apelletur pro Salicâ) Ita Conradus SALICUS nuncupatus, quod Dux eſſet Francorum Orientalium, qui Salici dicti ſunt. Am: Marcellin. lib. XVII. *Petit primùm omnium Francos: eos videlicet, quos Salios conſuetudo appellavit.* Licet Strabo lib. IIII. Salios inter antiquos Gallos numeret.

(h) *Romanos aggreſſi*) Ab eorum dominatu primùm ſe in libertatem vendicârunt, excuſſo jugo, recuſato tributo; Unde Francum nomen libertatem idiomate Italico & Gallico adhuc ſonat. Prologus legis Salicæ: *Hæc eſt gens, quæ parva dum eſſet numero, fortis robore & valida, duriſſimum Romanorum jugum de ſuis cervicibus excuſſit pugnando.* Deindè ulteriùs progreſſi, & victoria uſi, Gallos etiam ſuos fratres Romanis legibus exemêre, & utramque Franciam unum corpus effecêre: ut non jam Barbaries Romanis, ſed Romania Francis parêret. Venantius Fortunatus ad Chilibertum Regem lib 6. Eleg. 4.

Hinc tibi Barbaries, illinc Romania plaudit.

Ermoldus Nigellus lib. 1. de geſtis Hludovvici Pii, de gente Francà:

Nam quemcunque ſuo congreſſa eſt inclyta bello,
Nolens ſive volens ſervitio ſubiit.
Romuleum ſibi quod quondam hanc edidit urbem,
Subdidit imperium, cum ditione ſuà.

(i) *Coloni-*

Remos, Sueſſionam, Aurelianum, & (i) Coloniam (quæ tunc dicebatur Agrippina) & Treuerim, ac poſtremò totam Galliam & Germaniam, ab Aquitania vſque in Bauariam, ſibi vendicant atque ſubijciunt. Et hi qui (k) Teutonicis.

(i) *Coloniam & Treverim*) Barbarorum irruptionibus, & Francorum imprimis armis, urgente Romanos totius orbis prædones, juſto DEI judicio, Galliæ omnes occupatæ fuerunt: & in his Treveris, ob Aviti illius libidinem in conſularem fœminam commiſſam, primùm prodita & ſpoliata, (Beda, Aimoino, Thoromacho, aliíſque authoribus) deinde everſa tandem & incenſa fuit. Cujus cladem graviſſimè deplorat oculatus teſtis, Salvianus Maſſilienſis lib. 6. de providentiâ DEI: *Deniq; expugnata eſt quater Urbs Gallorum Terver opulentiſſima &c.* Et poſtea: *Exciſa ter continuatis everſionibus ſumma urbe Gallorum cum omnis civitas buſtum eſſet, &c.* De qua re plura ſcripſimus ad Moſellam Auſonii

(k) *Teutonicis commiſti Franci.*) Adcò non recusârunt nomen Barbari, quotquot non Romani erant. Lege Salica tit. 43. *Si quis ingenuus Francum aut hominem Barbarum occiderit, qui lege Salicâ vivit*, VIII. *den. qui faciunt ſol.* cc. *culpabilis judicetur.* Et in lege Burgundionum paſſim Barbarus homo Romano opponitur. Romanos autem appellabant priores incolas à ſe victos & deditione acceptos, eorúmque poſteros; quos in Provinciis illis devictis, Galliâ, Aquitania Belgicâ, Sequanicâ, Rhætiâ, Norico, ita ſecum æquo jure habitare permittebant, ut præclarior tamen & honoratior eſſet Francorum conditio, & Romani ceu vilia capita in quæſtione damni dati vix dimidiâ æſtimatione cenſerentur. Lege Salica Tit. 15. *Si Romanus homo Francum expoliaverit, ſolidis LXII culpabilis judicetur. Si verò Francus Romanum, ſolidis XXX culpabilis judicetur* tit. 34. *Si Romanus Francum ligaverit ſine causâ, ſolidis XXX culp. jud. Si autem Francus Romanum ligaverit ſine causâ, ſol. XV. culp. jud.* Item tit. 43. *Si Romanus homo poſſeſſor, qui res in pago ubi commanet, proprias poſſidet, occiſus fuerit, occiſor ſol. C. culpab. jud. Si quis Romanum tributarium occiderit, ſol. 45. culp. jud.* Tit. 44. *Si verò Romanus vel lidus in tali contubernio occiſus fuerit, hujus compoſitionis medietas ſolvatur.* Ita & lege Ripuariâ tit. 38. *Si quis Ripuarius advenam Francum interfecerit, ſol. CC. culp. jud. Si advenam Romanum interfecerit, ſol. C. culp. jud.* Et in cæteris ſimiliter.

 (l) lib.

Digitized by Google

nicis commiſti ſunt, proprio vocabulo *Franci*: qui verò per connubia à Gallis ſunt progeniti, proprio vocabulo *Francigenæ* ſunt appellati. In præmiſſis ſatis concordant hiſtoria Francorum & Chronica Godfridi Viterbienſis, quondam imperialis curiæ Capellani & notarij: ſaluo quod in dicta Chronica Godfridi in proœmio libri Karolorum narratur, quod Troiani prædicti, qui primò Sicambri, & poſtea Franci appellati ſunt, poſtquam occupauerunt Germaniam, ad edictum Imperatoris prædicti Valentiniani vicerunt Alanos, inter dictas paludes Mæotidas receptos: & quòd poſt hæc, pugna contra eos à Romanis, quia tributa ſoluere recuſabant, commiſſa, in partes Thuringiæ ſe contulerunt. Sed Chronica prędicta Euſebij refert (vt ex iam dictis apparet) quòd demum pòſt dictam pugnam commiſſam Franci venerunt in Germaniam, & habitabant aliquo tempore in Thuringia. Quid autem ex his verius ſit, lectoris iudicio relinquo: probabilius autem videtur in hoc dictum Chronicæ Euſebij. Non eſt enim veriſimile, quòd dicti Franci de Germania iverint pro expugnandis Alanis ad partes tam remotas, ſcilicet ad paludes Mæotidas: quę (vt ſcribitur (m) libro 15. de Proprietatibus rerum) ſunt in principio Europæ, ac in confinijs Aſiæ conſtitutæ. Sciendum tamen eſt, vt refert Euſebius in ſua Chronica ſub geſtis Æneæ, quod quidam dicebant, quòd Aeneas & Phrygas, qui regnauit in Phrygia, fratres erant: de quo fuit progenies egreſſa, quæ per multas regiones vagando cum vxoribus & liberis, elegit ſibi regem ex ſe Francionem nomine: & dum cum pluribus gentibus pugnaſſet, dirigens iter ſuum in Europam, inter Rhenum & Danubium conſedit, & ex illo Francione Francos vocari putant. Et in hac contrarietate originis & nominis Francorum, aſſertionem priorum, cum ſit à pluribus approbata Chronographis, puto

to ſequendam. Regnauit autem prædictus rex Francorum Pharamundus anno Domini CCCCXXVI. vt patet in dicta Chronica Euſebij, in Cap. de geſtis Honorij Imp. Et ex tunc Germani Franci vocabantur, vt patet ibidem in titulo ſequenti. Fuit autem idem Pharamundus à Francis electus in regem, ſub anno Domini CCCCXX. anno imperij Honorij prædicti nono, vt in Speculo Hiſtoriali libro 20. Capite. 11. continetur. Poſthoc verò regnauit filius eius Clodius, qui ſub anno Domini CCCCXXXIII tempore Imperij Theodoſii, ſecundò Rhenum tranſiens, incepit ſibi Galliam ſubiugare, vt in Speculo hiſtoriali, lib. 21. cap. 2 plenius continetur. Cui ſucceſſit Meroueus, à quo reges Francorum Merouingi vocati ſunt: & ſic deinceps de illo genere regnauerunt reges Francorum, quorum nomina in eadem Chronica Euſebij per ordinem deſcribuntur vſque ad tempora Hilderici regis, qui vltimus erat de antiquo genere regum Francorum, qui fuit à regno depoſitus, & Pipinus pater Caroli Magni ſubſtitutus eidem, vt de hoc legitur & notatur 15. q 6. Alius. de quo facto etiam infra in capitulo duodecimo, in ſeptima oppoſitione plenè dicetur. Hoc autem regnum Francorum, quod (vt præmiſſum eſt) protendebatur ab Aquitania vſque in Bauariam, idem (m) Carolus præ omnibus alijs regibus Francorum plus auxit, ac nobilius ſublimauit. Nam ipſe dicto (n) regno

(l) lib. 15. *De propr. rer.*) Iſidori Etymolog.

(m) *Carolus plus auxit.*) Idipſum inſcriptum ejus Epitaphio, apud Eginhardum: *Sub hoc conditorio ſitum eſt corpus Caroli magni atque orthodoxi Imperatoris, qui regnum Francorum nobiliter ampliavit, & per annos XLVII. feliciter rexit.*

(n) *Regno Francorum ex paterna*) Francia utraque Carolo patrimonium fuit, cæteras provincias bello ſibi peperit. Ita loquentem ipſum inducit Ermoldus Nigellus lib. 1. de geſtis Ludovici Pii;

regno Francorum quod ex paterna ſucceſſione iuxta morem aliorum regum Occidentalium habuit, Saxoniam, Friſiam, Britanniam, Waſconiam, terras Hunnorum, qui tunc Pannoniam incolebant, etiam Sclauorum, ac plures alias prouincias & terras, propter tyrannides, quas reges & principes illarum terrarum & prouinciarum contra Chriſti eccleſias & Chriſtianos exercebant, bello licito ſubiugauit: vt in dictis Chronicis, ac etiam in geſtis eiuſdem Caroli per multos Hiſtoriographos ſcriptis, plenius continetur. Poſt hæc verò ſubiugatis prouincijs & terris huiuſmodi, idem Carolus precibus Adriani Papæ primi inductus, ad compeſcendam tyrannidem Deſiderij regis Longobardorum, quam contra Eccleſiam Romanam, aliaſque Dei Eccleſias exercebat, ſub anno Domini DCCLXXIII Italiam intrauit, & eundem Regem in ciuitate Papiæ, vbi erat ſedes regni, cepit; de quo facto etiam loquitur Canon. 63 Diſtinct. Adrianus. 2. & 22 q. 8. c. hortatu. Et tunc, poſtquàm ipſe Carolus ad deditionem dictam ciuitatem compulit, cæteræ ciuitates Italiæ eam ſecutæ, dicti regis Caroli poteſtati ſe tradiderunt, qui filium ſuum Pipinum eidem præpoſuit Italiæ ſubiugatæ. Eiuſdem etiam Adriani papæ tempore, Carolus factus fuit per ipſum cum ſancta ſynodo Romæ habita Patricius Romanorum, vt patet etiam ex dicto can. Adrianus. Deinde verò poſt plures annos, ſcilicet ſub anno Dom. DCCIC. quidam Romani, ea quæ ſunt imperialis poteſtatis vindicare volentes, dum Leo papa tertius ſuceſſor Adriani prædicti, eis in hoc reſiſteret, atque cum Letanijs in die S. Marci ad eccleſiam S. Laurentij pergeret; ijdem Romani ſeditione mota ipſum oculis ſibi erutis, & amputata lingua, ceperunt: ſed Deus omnipotens viſum ſibi reddidit, & loquelam. Poſt hæc dictus Carolus pro atrociſſima injuria hujusmodi vindicanda Romam

mam veniens, dum in ſacratiſſima die Natalis Domini, anno Domini ejuſdem DCCCI. in Eccleſia S. Petri ab oratione ſurgeret; Leo papa prædictus, coronam imperialem capiti eius impoſuit, & à cuncto populo Romano tunc *acclamatum eſt. Carolo Avgvsto a Deo coronato, magno et Pacifico Imperatori Romanorvm, vita et victoria. Poſt quas laudes vnctus eſt ab Apoſtolico, & ablato Patricij nomine Imperator & Auguſtus appellatus eſt. Sicque Romanum imperium, quod a temporibus Conſtantini Magni Helenæ filii apud Conſtantinopolim in Græcorum Imperatoribus manſit, ex hoc iam ad reges, imò Imperatores Francorum tranſiit: prout hæc omnia partim ex prædictis Chronicis, & partim ex dicta Francorum hiſtoria, & etiam ex Speculo hiſtoriali lib. 24. cap. vltimo, in fine, & libro 21. cap. 1. in principio colliguntur. Qualiter autem ex hoc etiam tranſierit ad Germanos, infra in Capite tertio plene dicam. *al. ter.

CAPVT II.

De diuiſione regni & imperij Francorum, & de diuerſis ſtatibus & variationibus à tempore tranſlationis Imperij, vſq. ad præſens tempus in regno & imperio habitis.

Viſo de initiis & origine regni Francorum, & de tranſlatione imperii de Græcis in perſonam Caroli Magni ad reges Francorum: adhuc de eiuſdem regni & imperii diuiſione, & aliis diuerſis ſtatibus & variationibus à tempore dictæ translationis, vſque ad hæc tempora in eodem regno & imperio habitis, quædam pro clariori euidentia dicendorum præmittenda fore vtile iudicaui. Sciendum itaque eſt, quòd idem Carolus Magnus, dum morbo & ſenectute grauaretur, congregatis ſolenniter Aquiſgrani proceribus de toto regno

gno Francorum, Ludouicum filium ſuum Aquitaniæ regem, cunctorum conſilio conſortem ſibi totius regni, & Imperialis nominis hæredem, ſub anno Domini DCCC XIII. conſtituit: impoſitoque capiti eius diademate, Imperatorem & Auguſtum appellari iuſſit: Bernardum verò nepotem, filium Pipini filij ſui, Italiæ præfecit, & Regem appellari iuſſit. Poſt hæc idem Ludouicus, qui Pius eſt cognominatus, mortuo patre ſuo iam dicto, generalem conuentum Aquiſgrani, ſub anno Domini DCCCXVII. habens, filium ſuum primogenitum Lotharium nomine, nominis atque imperij ſui conſortem conſtituit: & cæteros Reges appellatos, vnum Aquitaniæ, ſcilicet Pipinum, alterum Bauariæ, ſcilicet Ludouicum, præfecit. Et hi tres filij ex prima ſua vxore Irmengarde nati ſunt. Quarto verò filio, ſcilicet Carolo, ex ſecunda eius vxore, ſcilicet Iudith nato, Alemanniam, Rhetiam, & Burgundiam poſt hæc conceſſit, cæteris fratibus ſuper hoc indignantibus. Mortuus autem fuit Pipinus prædictus, adhuc parte eius Ludouico viuente, relinquens filium Pipinum nomine, prout hæc in Chronicis Euſebij, & hiſtoria ſeu Chronicis Francorum clarè, ac de verbo ad verbum ſic ſcripta leguntur. Idem verò Lotharius poſt mortem Ludouici Imperatoris, ſcilicet patris ſui prædicti, aſſumpto ſibi Pipino iam dicto filio fratris ſui Pipini, cum Ludouico & Carolo prædictis ſuis fratrib. occaſione diſcordiæ inter ipſos ſuper diuiſione regni Francorum ſubortæ, ſub anno Domini DCCCXLI apud pagum Antiſſidorenſem, in loco qui dicitur Fentanith, * bellum grauiſſimum commiſit: in quo bello ita Francorum vires attenuatæ ſunt, vt non modò ad amplificandos regni ſui terminos, verum etiam ad proprios tuendos vix ſufficerent: tamen Ludouicus & Carolus non ſine graui diſpendio ſuorum vicerunt, ſecundum hiſtoriam Francorum, cui

*al. Fontanich.

cui concordat prædicta Chronica Godfridi. Chronica verò Euſebij refert, quòd à neutra parte fuerit triumphatum. Poſt hoc autem bellum ſupradicti fratres inter ſe pacificati, regnum & imperium Francorum ſub anno Domini DCCCXLII. diuiſerunt hoc modo. Carolus habuit regnum Occidentale Francorum, à Britannico mari vſque ad Moſam fluvium, & vocatus fuit *Rex Galliæ*. Iſte habuit tres filios, vt infrà dicetur. Ludovicus habuit Orientale regnum Francorum, ſcilicet totam Germaniam, vſque ad Rheni fluenta, & nonnullas ciuitates cum adjacentibus pagis trans Rhenum, & vocatus eſt *Rex Germaniæ*. Et intellige Germaniam, Pannonia Bohemia, & Moravia incluſis: vt ex inferius dicendis, vbi dicetur de diuiſione regni Germaniæ, apparebit. Lotharius verò primogenitus, *Imperator* appellabatur: & à Moſa uſque ad Rhenum fluvium Belgicam Galliam, quaſi medius inter iſtos duos incedens, ſortitus eſt, quæ vſque hodie Lotharingia ex eius nomine ſolita eſt appellari: habuit etiam Prouinciam, & omnia regna Italiæ cum vrbe Romana. Sed Pipino prædicto filio fratris ipſorum Aquitania ceſſit: prout hæc omnia partim ex Chronicis Euſebij & Godfridi, & partim ex (a) hiſtoria Francorum prædictis liquidò colliguntur. Poſt hæc verò

Regnorum Germania & Gallia diuiſio.

Lotharingia.

Francia me genuit, Chriſtus conceſſit honorem:
Regna paterna mihi Chriſtus habere dedit.
Hæc eadem tenui, nec non potiora recepi:
Chriſticoloq; fui paſtor & arma gregi.

Idémque ſemper Francos ſeparat à cæteris provincialibus. lib. 3.

Ergo illuc Cæſar Francos gentésq; ſubactas
Eſſe jubet placito, pergit & ipſe ſimul.

Et lib. 4.

Francia cuncta ruit, veniunt gentésq; ſubacta.

(a) *Hiſtoria Francorum.*) Totidem verbis apud Reginonem, Sigebertum

verò Lotharius Imperator prædictus, convocatis primatibus regni, filio ſuo Ludovico ſub anno Domini DCCCLV. Italiam tradidit, & Imperatorem conſtituit: unde etiam ipſe cum filio ſuo Ludovico ſecundo prædicto aliquamdiu tenuit Imperium. & hoc vltimum probatur etiam ex canonib. 63. diſt. Reatina, in ſuperſcriptione. & c. Di. c. inter vos, ſimiliter in ſuperſcriptione. Lothario verò filio ſuo regnum Lotharienſe, quod ex nomine ſuo ita vocatur, conceſſit, de quo regno etiam habetur 63. diſt. c. porrò Et de hoc Lothario rege multi Canones loquuntur, vt patet. 2. q. 1. quæ Lotharius, & c. ſcelus. & 11. q. 3. c. præcipuè & c. Teugaldum, cum multis ſimilibus. Alteri verò filio, ſcilicet Carolo provinciā largitus eſt. Poſt hoc, mortuo prædicto Ludovico ſecundo, Carolus rex Galliæ prædictus Imperium obtinuit. Poſt cuius mortem Carolus tertius, filius Ludovici fratris iam dicti Caroli mortui, regis Germaniæ, obtinuit Italiam cum imperio. Qui Ludovicus Rex Germaniæ tres habuit filios præſtantiſſimæ indolis, ſcilicet Carolomannum primogenitum, Ludouicum, & Carolum iam dictum: qui tres poſt mortem patris regnum paternum (vt plenè patet ex hiſtoria Francorum prædicta) ſub anno Domini DCCCLXXVI. diuiſerunt in tres partes: quorum primus, ſcilicet Carolomannus, ſortitus eſt Bauariam, Pannoniam, Carinthiam, & regna Sclavorum, Bohemenſium & Morauienſium, & appellabatur *Rex Bauariæ*: Ludovicus orientalem Franciam, Thuringiam, Saxoniam, Friſiam, & partem regni Lotharij, & vocatus eſt *Rex Oſtrofranciæ ſeu Orientalis Franciæ*. Sed Carolo Alemannia (quæ hodie Suevia nuncupatur) in partem ceſſit, & aliquæ civitates ex regno Lotharij, & vocatus eſt *Rex Alemanniæ*.

Et

gebertum, Marian. Scotum: paullò aliter apud Nidhardum lib. 4. & Annales Fuldenſes.

(b) *Hiſtoria*

Et hic factus eſt Imperator poſt mortem Caroli Imperatoris ſecundi, vt iam dixi. Et poſt hunc Carolum tertium, Arnulphus filius Carolomanni regis Bavariæ prædicti, regnum totius Germaniæ (quia Carolus tertius, & Ludovicus rex Orientalis Franciæ, ſcilicet fratres ipſius Caroli, ſine liberis deceſſerunt) obtinuit vnà cum Italia & Imperio. Poſt cujus Arnulphi mortem, Ludovicus tertius filius ſuus, dictum regnum Germaniæ obtinuit ex paterna ſucceſſione. Hujus verò Ludovici tertij tempore defecit Italia à ſocietate regni Germaniæ: cœpit enim (vt plenè patet in Chronica Martini) dividi Imperium ipſius tempore. Quidam enim tantùm in Italia, de facto tamen, & quidem tantùm in Germania imperabant ſeu regnabant. In quibus Chronicis enumerantur omnes, qui in Italia à tempore dicti Ludovici, vſque ad tempora Othonis primi, de quo legitur in 63. Diſtinct. c. in ſynodo, regnauerunt: ipſe enim rurſus vtrobique regnare cœpit. Sciendum tamen eſt, quòd Ludovicus filius Boſonis regis Provinciæ, natus ex filia Imperatoris Ludovici ſecundi à quibuſdam Italicis ad regnum Italiæ vocatus, à Papa nomine Romano, Berengario filio Eberhardi ducis Foroiulienſis, qui ſimiliter ad idem regnum à quibuſdam Italicis vocatus fuit, de Italia expulſo, in Imperavorem coronatus extitit: quem poſteà Veronæ cum paucis morantem, idem Berengarius à quibuſdam ciuibus Veronenſibus nocturno tempore intromiſſus, anno Domini DCCCCV. dolo cepit, oculisque privavit; & ſic Italiæ regnum obtinuit, vt in Chronicis & hiſtoria prædictis plenius continetur. Et hunc Ludovicum Chronica Martini, & quædam aliæ Chronicæ, tertium Ludouicum nominant. Sed Hiſtoria Francorum & Speculum hiſtoriale, prædictum Ludovicum filium Arnulphi, tertium Ludovicum appellant. Poſt hunc verò Ludovicum tertium Cunradus primus, qui ſecundum quoſdam non

fuit de genere Caroli Magni, ſecundum alios verò fuit de genere ipſius, puta filius fratris Ludovici tertij prædicti (quod ego verius eſſe credo) obtinuit regnum Germaniæ. Sic ſecundum hæc defecit genus Caroli Magni in perſona dicti Cunradi. Quo deficiente, Henricus primus de natione Saxonum, cœpit libera poteſtate (b) regnare in Germania, non tamen ex electione principum Electorum, qui ſũt hodie, (quia nondum ad huc fuerant inſtituti hujuſmodi Electores) ſed à (c) cunctis principibus & natu majoribus Francorum, Alemanorum, Bavarorum, & Saxonum anno Domini DCCCCXIX fuit electus in regem. Hic Rex cum omnes nationes in circuitu ſubiugaſſet, poſtremò in Italiam & Romam proficiſci decrevit: ſed infirmitate corporis impeditus, iter prætermiſit. Et cum morbo ſe gravari ſentiret, convocato populo, deſignavit Otthonem filium ſuum regem, cæteris filijs ſuis prædia cum theſauris diſtribuens. Hic Ottho primus poſt mortem patris tàm ex deſignatione patris, quàm etiam ex cunctorum Principum Germaniæ (d) (vt Chronica Francorum plenè narrat) electione factus fuit Rex, anno Domini DCCCCXXXVI. Hic Ottho, Magnus propter celebres bellorum ejuſdem victorias appellatus, conſiderans Italiam à fidelitate regum

(b) *Regnare in Germania)* Regnante tum in Galliâ Carolo, Tyranno Rotberto. Hunc Henricum Gallici ſcriptores, in quîs Frodoardus ſub anno 920. 922. 928. *Principem trans-Rhenenſem & Germanicum Principem vocant* Quomodo prius & Ludovicum Pii F. Regem Germaniæ Hincmarus in epiſtolis *trans-Rhenenſem* vocat, apud Papir. Maſſon. in Annal. pag. 164. & Arnulphum Imp. Fulco, ibid. pag. 172. & 179.

(c) *A cunctis principibus)* Ita Regino & Chronica Francorum, quam mox allegabit.

(d) *Vt chronica Francorum.)* quæ illa Chronica, quæ ad Othonem M. uſque

gum Germaniæ, & ſocietate ipſius regni à tempore Ludovici tertij defeciſſe, ipſam reduxit ad regni & regum Germaniæ poteſtatem. Intrans enim Italiam, expulſo de civitate Papiæ Berengario tertio, qui tunc temporis in Italia de facto regnabat, poſſeſſor quaſi totius Italiæ, Deo ſibi aſſiſtente, efficitur: & ibidem natale Domini ſub anno ejuſdem DCCCCLII. celebrans, inde Saxoniam proficiſcitur, & ducem quendam Cunradum generum ſuum ad perſequendum dictum Berengarium, in Italia dereliquit: qui Berengarius poſteà dono & gratia regis Otthonis recepit Italiam regendam, excepta Marchia Veronenſi, & Aquilegienſi, quæ Heinrico fratri Otthonis committebantur. Poſt hæc verò, quia idem Berengarius contra eccleſiam Romanam, & alias eccleſias Italiæ, multas tyrannides exercebat, idem Ottho ſub anno Domini DCCCCLXII. filio ſuo Otthoni ſeptenni Aquiſgrani in Regem inuncto, ad preces anxias Iohannis Papæ XII. & cæterorum Epiſcoporum Italiæ, vt ipſos de dicti Berengarji Otho II.

M. uſque illum & annum 836. pertingat? Imò & ulteriùs ad annum 1004. cap.5.lit.d. ad Annum 1127.cap.12. Ad annum 113 .cap.12.lit.l. Omnes enim Francorum Annales, quotquot hactenus editos habemus, Adelmi Benedictini, Fuldenſes, Anonymi, non ultra Arnulphum & Caroli M. poſteritatem procedunt. Et Regino atque etiam Frodoardi Chronicon etſi annum 967. & 978. attingant: non tamen Henrici & Othonis Regum eum in modum, quo Lupoldus hic ex Chronicâ Francorum refert, meminerunt. Et ſanè opus illud quod Lupoldus hoc loco & infrà ſæpiùs, (præſertim cap. 3.lit.h.) & in lib. altero *de zelo Germanorum Principum* ſubinde ſub nomine *Chronicæ & Hiſtoriæ Francorum* allegat, vulgò non extat, neque multis viſum puto. Id autem penes nos eſt, & lucem aliquando ξὺν θεῷ viſurum ſpero, ampliſſimâ mole in membranâ ſcriptum, optimæ notæ, & illius omninò ævi charactere, ab anno 741. uſque ad annum 1139 à Carolo Pipini F. ad Conradum II. Suevum, quatuor totorum ſeculorum hiſtoriam accuratè conſignatam, & per diverſos diligentes ſcriptores continuatam

garij manibus liberaret, in Italiam denuò proficiſcens, civitatem Papiæ abſque vlla reſiſtentia intravit. Berengarius verò & filii ſui quibus poterant, ſe munitionibus includebant; indeque progrediens, Romæ favorabiliter ſuſceptus adclamatione totius cleri & populi, à prædicto Iohanne papa Imperator Auguſtus vocatur & ordinatur. Deinde verò dicto Otthone mortuo, regnum & imperium iteratò incepit ex ſucceſſione generis deberi. Vnde legitur in Chronica Euſebij prædicta, in capitulo de geſtis Otthonis Imperatoris ſecundi, quòd mortuo Otthone primo, aliqui primates volebant transferre imperium ad Heinricum ducem Saxoniæ, fratrem primi Otthonis iam dicti. Alii verò certabant, imperium deberi legitimo heredi, ſcilicet Otthoni ſecundo, dicti Otthonis primi filio: quorum etiam pars prævaluit, vt ibi dicitur. Poſt hæc eodem Otthone ſecundo mortuo, filius ipſius Ottho tertius regnum & im-
Ottho III. perium ex ſucceſſione paterna ſimiliter obtinuit, prout hæc

omnia

tam complectens, hoc ipſo titulo extrinſecus inſignitum: CHRONICA FRANCORUM. Ex quo hunc præſentem locum, ut fidem dictis faciamus, apponere non pigrabor: ANNO D.D CCCCXXXVI. *Poſt hæc rex adiit Botfelthum, ubi ſæpè exercebatur venatu. Ibi paucis diebus interpoſitis languore correptus vi febrium laborabat. Sed parumper ſedato dolore ad Erpesfort iter direxit: ibi cunctos Regni Principes convenire præcepit, ut ſe invicem adunarent, quem ſuorum filiorum eligerent regale ſolium poſſidere. Cæteris ergò filiis prædia cum theſauris diſtribuens, Othonem maximum natu Francorum omni imperio præfecit. In quo, quantæ ſapientiæ & religionis fuerit, probari poteſt. quòd eum, quem potiſſimum & religioſiſſimum noverat, licet in Imperio natus non eſſet, Regem conſtituit.* Et poſtea: *Defuncto patre patriæ & Regum maximo Heinrico, omnis populus Francorũ ac Saxonum Othonem à patre deſignatum notantes, univerſalis electionis locum in palatio Aquisgrani eſſe iuſſerunt. Duces ac Præfectorum Principes cum cæterâ manu Principum ac militum congregati in xyſto Baſilicæ Magni Caroli cohærenti, collocàrunt novum Ducem in ſolio ibi conſtructo, manus ei dantes, ac fidem pollicentes, & operam ſuam contra omnes inimicos ſpondentes, more ſuo fecerunt eum Regem.* Et cætera, quæ eiſdem fermè verbis habet Witichindus lib. 2.

(t) *Tempore*

Digitized by Google

omnia partim in Chronicis Euſebij & Godefredi, & partim in hiſtoria Francorum antè dictis, plenius continentur. (c) Tempore verò hujus Otthonis tertij, qui filijs caruit, fuit inſtitutum, vt per certos principes Germaniæ, ſcilicet per officiatos Imperij, ſeu curiæ imperialis, eligeretur Imperator, vt patet in Chronica Martini, in quibus numerantur Officiati & Electores hujusmodi, per hos verſus: *Electores Imp. inſtitut.*

Maguntinenſis, Trevirenſis, Colonenſis:
Quilibet Imperij ſit Cancellarius horum.
Inde Palatinus dapifer, Dux portitor enſis:
Marchio præpoſitus cameræ, pincerna Bohemus.
Hi ſtatuunt dominum cunctis per ſecula ſummum.

Et hi principes eccleſiaſtici & ſeculares, officiati curiæ imperialis, ſunt hodierno die regni & imperij Electores.

CAPVT

(c) *Tempore Othonis tertii fuit inſtitutum.*) Vulgata ſententia, de inſtitutione Electorum Imperii. De cujus veritate vide elegantem orationem Nic: Ciſneri, & libellum peculiarem Sim. Schardii Icti. Item Mich. Beuter. Animadverſ. hiſtoric. cap. 13. Sed & nos alio loco fuſiùs ſententiam noſtram de hoc articulo exponemus. Interea diſſimulare non poſſum, ſuſpectam mihi ſemper illam vulgarem modernorum ſententiam fuiſſe, quòd id veterum de illo ævo nemo unus annotaverit; ut in re tantâ & tam memorabili tam altum ſilentium ſcriptorum ſatis mirari non poſſemus. Et quotquot extant ſequentium temporum ſcriptores, alia omnia tradunt. Scriptor belli Saxonici ab Henrico IV. geſti, Bruno coævus à nobis primum editus, in conventu Principum apud Forchem habito, Anno demum MLXXVII ita refert communi conſenſu comprobatum, *ut regia poteſtas nulli per hereditatem, ſicut antè fuit conſuetudo,* (ait) *cederet; ſed filius Regis etiamſi valde dignus eſſet, per electionem potius ſpontaneam, quam per ſucceſſionis lineam Rex proveniret: ſi verò non eſſet dignus, vel ſi nollet eum* POPULUS (ita ait, non *Electores*) *quem Regem facere vellet, haberet in poteſtate populus.* Conradi Salici electionem deſcribens Wipo, & ipſe coævus, *inter confinia Moguntiæ & Wormatiæ convenerant cuncti primates, & (ut ita dicam) vires & viſcera regni &c.* Et eiſdem verbis de electione Friderici. I. Imp. Guntherus:

Acturi

CAPVT III.

Quòd imperium Romanorum fuit tranſlatum de Græcis Imperatoribus in perſonam Caroli Magni ad reges Francorum, & nihilominus etiam ad Germanos: & quòd non per Stephanum Papam ſecundum, ſed per Leonem tertium, hæc tranſlatio fuit facta.

HIs itaque prælibatis, antequam veniam ad principale intentum, prius circa duas dubitationes, ex dicta tranſlatione imperij occurrentes, & deinde ad duas quæſtiones circa eandem tranſlationem, dicam quod mihi videtur, ſalva ſemper in his ſen-

tentia

Acturi ſacra de ſucceſſore coronæ
Conveniunt proceres, totius viſcera Regni.

Et de ejus filio Henrico Gulielmus Brito IV. Philippidos:

Eſt etenim talis dynaſtia Teutonicorum
Ut nullus regnet ſuper illos, ni prius illum
Eligat unanimis Cleri procerúmq; voluntas.

Poſt hunc Henricum duo creati fuerunt in ſchiſmate pernicioſiſſimo, Otho Saxo & Philippus Suevus. Illum Pontifici commendant PRINCIPES *& Barones Alemaniæ, Clerici & Laici*; hunc GERMANIARUM *Principes & Magnates*, & profitentur ſe collectâ multitudine Principum eum ritè & ſolenniter elegiſſe, apud Baronium. Sed rurſus neque ad Rudolphi Regis, multò minus verò ad Caroli IV. Imp. ævum detrahenda eſt inſtitutio Electorum, ut aliqui volunt. Qui quidem Rudolphus electus eſt à ſeptemviris, & in diplomate quodam dato anno M. CC. LXXV. meminit, fratrum Bavariæ Ducum voces pro unâ in ſeptem Principum jus in electione habentium numero computatas. Atqui jam priùs Friderici II. tempore Electores fuiſſe notos, libello ſingulari probat Bellarminus. Et antiquiſſimam quam ſciam, eorum mentionem ſub Othone illo IV. reperio in cantilenis antiquis ejus ævi, ubi vocantur, *Die Welere*, & ſeptenario numero exprimuntur.

Siben

tentia vniuſcujuſque melius ſentientis. Et eſt prima dubitatio talis. Cum Chronica ſeu hiſtoria prædicta Francorum referat, quòd imperium fuerit tranſlatum in perſonam Caroli Magni ad reges Francorum; quomodo ergò poterit habere veritatem quod dicitur in c. Venerabilem. Ext. de elect. §. Verum & de jurejur. Romani in princip. in Clemen. ſcilicet *quòd Imperium fuit tranſlatum de Græcis in Germanos, in perſonam magnifici Caroli?* Imò potius videtur, quòd primò tranſlatum fuerit in perſonam Caroli Magni de Græcis in reges Francorum, vt dicit Chronica prædicta. Pro quo etiam facit 63. Diſt. c. ego Ludovicus: & quòd ibi notatur, in ultima Gloſſa: & quòd poſt hoc fuerit

Siben Furſten ſint des vvert,
Das ein Romeſch Kunic en iſt zevvelen benant.
Die en Kieſent niht; vven ſvves der edel gert
Herman von Duringen latut.

Ut vero ſimile ferè fiat, tempore interregni & ſchiſmatum à Friderico I. ad Fridericum II hanc Electorum inſtitutionem natam, ſive uſurpatione quorundam inter cæteros potentiorum, ſive etiam mutuo concenſu & communi conventione. Nam à quo Cæſarum, quóve Pontificum id inſtitutum fuerit, nullus ſcriptorum eſt qui eo ævo prodiderit. Et ipſe Pontifex Innocentius III in c. venerabilem. De elect. duobus locis dicit, *ad eos Principes jus eligendi Regem de jure & antiquâ conſuetudine* (non ait *noſtro beneficio*) *noſcitur pertinere*. Quamvis id tam indefinitè dictũ eſt, ut ad cæteros etiam rincipes, præter ſeptenos illos, poſſit pertinere. Nam (ne neſciamus) cæteris etiam Principibus jus aliquod comitiorum adeundorum & dicendæ ſententiæ fuit: quod è ſpeculo Saxonico lib. 3. articul. 57. non obſcurè diſcimus, cui concordat & Suevicum lib. 2. cap. 8. Sed Electorum ſeptenorum vota & ſola neceſſaria erant, & cæteris omnibus præponderabant. Donec tandem & illud tempore Caroli IV. per Auream (quæ vocatur) Bullam eſt mutatum, & ordinatum, ut ſolis Septemviris convocatis electio tranſigatur: cæteri Principes nec ad concilium, neque adeò urbem electioni deſtinatam admittantur. Sed de his alibi fuſiùs.

rit tranſlatum de Francis, ſeu regibus Francorum in Germanos, in perſonam Otthonis primi, de quo legitur 63. Diſtin. c in ſynodo. Ipſe enim fuit primus, qui de natione Saxonum, qui ſunt Germani, regnum & imperium (vt referunt omnes prædictæ Chronicæ) fuit conſecutus. Et hunc intellectum videtur habuiſſe Iohannes gloſſator in prædicta vltima gloſſ. Dicit enim ibi: *Nota imperium prius fuiſſe Francorum, ſed poſtea Theutonici virtutibus promeruerunt imperium.* Ad hanc dubitationem ſolvendam, dico, quod veritas eſt, imperium fuiſſe tranſlatum in perſonam Caroli Magni ad reges Francorum, vt refert Chronica Francorum: & nihilominus in perſona ejuſdem Caroli tranſlatum fuit imperium in Germanos, vt dicunt prædicta duo capitula. Et hoc poteſt triplici via declarari. Prima via ad id probandum ſumitur, conſiderata perſona ipſius Caroli Magni: (a) fuit enim ipſe Francus Germani-

(a) *Fuit ipſe Francus Germanicus*) De loco nativitatis Karoli M. nihil idonei hactenus habemus: quem alii Ingelhemum, alii Fruxinum, alii etiam Leodium conſtituunt. Nomen quidem ipſum Teutonicum verè eſſe conſtat. Refert M. Jordanus Padebornenſ. in lib. de Imp. & Elect. Alpaide pellice è Pipino gravida, nuntium Regi inter nobiles inque gynæceo ſedenti veniſſe, dicentem; *Vivat Rex, quia Karil.* innuentem, pulchrum ei filium natum. Eſt enim *Karil*, ait, linguâ Germanicâ, homo robuſtus, membra habens magna. Reſpondiſſe Regem; *Bonum, Karil:* & nomen Karolo Martello feciſſe. Omninò maſculum eâ voce antiquitus ſignificari, mihi liquet: unde & arctius pro marito uſurpatam in vetuſtiſſimis linguæ noſtræ monumentis invenio. Otfridus Monachus Weiſſenburg. lib. 4. Evangel. cap. 6. de muliere ſeptem fratrum uxore: *Thenhabeta, ju vveiſtes mer, zi Karle ſibun brùader.* In legibus Canuti Regis Angliæ & Daniæ cap. 50. *Gif be evvicum Keorle vvif hig be othrum vvere forliege, and hit openvveorth.* id eſt; *ſi vivente marito uxor cum alio concubuerit, idq; palàm fiat.* Neque omninò deſita nobis vox: ſiquidem adhuc dicimus: *Ein tapſer Karle,*

ein

manicus, vt refert prædicta Chronica Godfridi, de eodem Carolo ponens hunc verſum:

Romuleus matre, Theutonicusque patre.

Id etiam habet communis aſſertio Germanicorum dicentium, fuiſſe locum originis ſuæ villam (b) Ingelheim, *quæ à ciuitate Maguntia per duo milliaria Theutonica tantum diſtat. Fama verò interdum probare videtur, præſertim in his quorum memoria non habetur, vt ff. de probat. l. ſi arbiter & ff de aqua plu. arc. l. ſi in ſumma §. item Labeo. cum concord. Ad idem Godefridus in Chronica ſua ponit hunc verſum: **Ingelnheim.*

Natus in Ingelnheim, cui Bertha fit Vngara mater.

Hoc etiam ſatis intelligitur ſeu colligitur ex Chronica Euſebij, & hiſtoria Francorum prædictis, in eo quod in eis dicitur, quòd ipſe Carolus duodecim (c) menſibns anni,

einguet, gros, lang Karle. Item, *Ein Karle-mueter*, mater maſculæ & heroicæ ſobolis. *Dale Karli* qui ſint, in Daniâ & Succiâ, è Crantzio cognoſcere eſt.

(b) *Ingelheim*) Locus palatio regali (quod Saalam adhuc vocant) clarus, & jam tum in Carolinis Annalibus omnique ſequentium temporum hiſtoriâ frequens: habitíſque ibi Regum & Cæſarum curiis, comitiis, conciliis, torneamentis aliiſque feſtivitatibus, cumprimis nobilis. De quo Munſterus lib. 3. coſmograph: cap. 178. In hoc (quod nuper eam luſtrans comperi) Caroli Magni, quem ibi dias luminis oras primùm aſpexiſſe conſtans opinio eſt, memoria apud incolas adhuc inclyta viget, adeò ut vix ullus eorum non uni ex filiis ſuis Caroli nomen in ſacro fonte indere ſoleat. Amavit eum locum præ aliis omnibus Carolus, ut & Aquas Grani thermis nobiles: quæ duo loca plus quàm ullam Galliæ partem frequentare ſolebat: ædificato etiam ibi templo illo mirabili, à quo urbs ipſa Gallis *Aix lachapelle* dicitur

(c) *Menſibus & ventis vocabula.*) Peroſus antiqua eorum nomina è fabulis & gentilitate petita. qua de re ita ipſe Carolus ſcribit, de imaginibus lib. 1. cap. 3. *Nam etſi qui fortè Catholici defunctos quoq; Di-*

anni, & duodecim ventis, juxta propriam linguam vocabula impoſuit, quæ in ijſdem Chronicis & hiſtoria ponuntur in lingua Germanica: in quibus vocabulis pro parte tunc Germani deficiebant. Vnde etiam legitur in Speculo Hiſtoriali lib. 24. cap. 75. ſeu penultimo, quòd idem Carolus duodecim mēſibus anni vocabula iuxta propriam, id eſt, Theutonicam linguam impoſuit. Dedit etiam Germanis quaſdam (d) leges in lingua Germanica ſeu Theutonoca, quæ à multis adhuc habentur. Ex quibus omnibus ſatis colligitur, eundem Carolum Francum fuiſſe Germanum. Et ſic ex conſequenti, non ſolùm ad Reges Francorum in perſonam ſuam traſijt imperium, ſed etiam

in

va memoria nuncupâſſe uſpiam reperiantur: manifeſtum eſt, eos uſum fuiſſe ſecutos gentilitatis, ſicut nomina dierum & mneſium gentilium vanitatibus plerumq; nominantur. Sed hæc & his ſimilia, Romana potius ambitio quàm Apoſtolica admiſit traditio. Nos denique qui & veritatis ſectatores, & ab ipsâ veritate redempti ſumus, ſicut ſprevimus gentilium Deorum mendacium, ſperniere debemus gentilia vocabula, Apcſtolo docente, qui ait: quæ ſocietas luci ad tenebras? quæ autem conventio Chriſti ad Belial? A qua conventione ipſo annuente liberemur, qui nos ereptos de tenebris & umbrâ mortis, tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ &c. Gregorius Turonenſis lib. 3. cap. 15. *Et ille, Ecce dies Solis adeſt: Sic enim Barbaries vocitare diem Dominicum conſueta eſt.* Et fuit cùm Dominicam diem Franci *Fronotag.* dicerent, ut legi apud Notgerum abbatem Pſalmorum interpretem.

(d) *Leges in lingua Germanica*) Ita de illis ſcribit Hermannus Comes Nuenarius: *Duas Francos habuiſſe leges ipſorum auctores teſtantur, Salicam atq; Ripuariam, quibus nullus Regum ante Carolum M. adjicere quicquam tentavit. Eæ cùm apud ipſos plurimi ſemper momenti habitæ ſiunt, ac in Latinam linguam poſteriorbus ſæculis tranſlatæ reperiantur, eò majorem adverſariis auctoritatem præſtabunt. Ipſarum quoq; penes me exemplar fuit ipſius Caroli M. temporibus conſcriptum: in quo paſſim gentis vocabula, quæ Latinis verbis reddi non potuerunt, vernaculâ Germanorum linguâ exprimuntur, ut ex ipſarum legum capitulis probaturi ſumus.* Et in eum modum editæ extant: merè Germanicas, ut hîc Lupoldus in-nuit, nondum videre nobis contigit.

(e)

in Germanos: quia in ipſum, & ſuos filios, & poſteros, qui erant Germani. Hujus enim tranſlationis tempore, ac etiam poſtea longo tempore, ſucceſſio generis hæreditaria in regno & imperio locum habuit, vt patet ex dictis ſuprà capitulo proximo. Et hi ſunt Germani, quibus Trojani Franci primò commiſti fuerant: propriè loquendo, Franci: Gallici verò Francigenæ, & non Franci nuncupantur, vt patet ex his quæ dicta ſunt ex Chronica Euſebij, in primo capitulo hujus tractatus. Et hoc etiam probari poteſt apertè per legem ejuſdem Karoli, quæ ponitur XI. q. I. §. hæc ſi quis. aliàs eſt capitulum: de qua lege etiam fit mentio Ext. de iud. c. novit. in qua lege ſic dicitur: *Volumus autem, atque præcipimus, ut omnes noſtræ ditioni ſubjecti, tàm Romani, quàm Franci, Alemani, Bavari, Saxones, Thuringi, Friſones, Galli, Burgundiones, Britones, &c.* Ex quo patet, cùm circa principium hujus legis, poſt Romanos nominati ſint Franci, & deinde primò nominatis omnibus alijs nationibus & incolis provinciarum Germaniæ, nominati & poſiti ſunt Galli: ergò Galli, qui & Gallici dicuntur, propriè loquendo non Franci, ſed Francigenæ (vt prædicitur) appellantur. Et de his Francis, ipſorumque Francia loquitur c. I. Ext. de ſponſal. & mat. vt patet ex ſupraſcriptione. Eſt etenim (e) Triburium villa circa Rhenum diœceſis Maguntinenſis, vbi (vt refert Chronica Francorum) fuit concilium habitum ſub anno Domini DCCCXCIV. in quo caſus prædicti capituli fuit

(e) *Triburium villa*) Villa regia in ſubſcriptionibus diplomatum Pippini, Karoli, Ludovici, ſæpè occurrens, & conciliis ſub illis Regibus non ſemel ibi habitis olim cumprimis nobilis. Sita eſt in pago Rhenenſi (quem veteres vocabant, de quo plura in orig. Palatin. cap. 6. inter Rhenum Mænumque fluvios, & ſtratam montanam, non longè à pagis Langen & Gerau, qui hodiè ditiunculæ ejus ſive Centenæ

fuit definitus. Fuit etiam aliud concilium poſtea ſub anno Domini MXXXVI. in eadem villa (vt refert hiſtoria Francorum) præſente Imperatore Cunrado ſecundo habitum, in quo (f) forte fuit caſus prædicti capituli definitus. Soli igitur Germani, & illi duntaxat, qui Alemani, id eſt, Suevi, Bavari, Saxones, Thuringi, & Friſones non ſunt, Franci propriè appellantur: puta illi Germani, qui circa partes Rheni, & in quibuſdam alijs terris Rheno adjacentibus commorantur: quarum una Franconia, cujus metropolis eſt Herbipolis, à quodam duce Francone, vt refert prædicta

caput eſt, & ſedes Centgravii. Relliquiæ noſtro tempore præter nomen (*Treber* provinciales vocant) veteris villæ regiæ tam claræ, vix ullæ ſuperſunt: niſiquòd pratum vicinum portæ etiamnum nomen habet, *Die Hoveſtat*: & ſtagnum proximum, *Der Kayſers Weyer*. Templum loci ſitum in colle editiori, caſtellum vel prætorium ibi olim fuiſſe, conjecturam præbet: cujus quidem jus patronatus, eóque nomine decimas loci ad Eccleſiam Moguntinam pertinere audio. Cæterum ipſe pagus juris eſt Haſſiaci, Landgravium qui in Darmſtat reſidet, recognoſcens. Rivulus præterfluens, nullo nomine inſignis, deducit uſq; in Rhenum, paulo ſupra Moguntiam, incolas ſingulis ſeptimanis mercatum urbis frequemtantes. Ajunt, quicquid ibi fuit ſaxorum, marmorum, cruſtarum, jam olim Triburiæ detractum ad Moguntiæ & Oppenhemii ædificationem ceſſiſſe. Quam loci fortunam intuitus, cùm viſendi gratiâ eò deflexiſſem, Rutilii illud animo repetii:

Cur indignemur mortalia corpora ſolvi?
Cernimus exemplis, oppida poſſe mori.

(f) *Forte fuit caſus d. cap.*) Hunc quidem Chronica Francorum ſub illo anno 1036. refert: *Imperator Paſcha Ingelenheim feriavit. Deinde Triburiam tendens, generali ibidem Synodo præſedit: in qua Germanicus XV. Epiſcoporum priora decreta redintegravit, & quædam etiam ad firmamentum Eccleſiæ neceſſaria confirmavit. Ibidem quoq; prædictus Otho de Suinuorde cogente Synodo Machtildem ſibi deſponſatam juramento à ſe abalienavit. Poſt hanc accepit uxorem, quæ Emilias vel Immula ſeu Irmengardis dicta fuit, ſorórq; illius Adelas dicta nupſerat Othoni Marchioni de Italia.*

(g) *Romanos*

ſta Chronica Godfridi, nominari conſuevit. Et ad hos Francos Germanicos in perſonam Karoli Magni, qui de eadem Francia Germanica traxit originem (vt præmiſi) imperium noſcitur fuiſſe tranſlatum. Ex præallegata verò lege Karoli, arguendo ab ordine ſcripturæ, quod licet tàm jure canonico, quàm civili: vt patet 43. Diſtinct. c. ſic rector. Ext. de præbend. c. mandato 2. libro 6. ff. de legat. 2. l. cum pater. §. ult. ff. ad Trebell. l. hæredes §. fin. cum concordantibus. & etiam ex his quæ dicta ſunt ſupra in capit. 1. patet præcipua nobilitas Francorum Germaniæ præ cæteris Occidentis nationibus poſt (g) Romanos, quibus etiam parificari poſſunt: tum quia ex eodem nobiliſſimo Troianorum genere cum Romanis (vt ex prædicto capitulo primo patet) traxerunt originem: tum etiam, quia ſicut olim Romani virtutibus promeruerunt imperium, juxta dictum beati Hieronymi, vt patet 28. q. 1. §. ex his. ſic & Franci Germanici per ipſorum magnificum regem Karolum, tranſlationem imperij hujuſmodi non abſque virtutum meritis promeruiſſe noſcuntur. Eorum inſuper pærogativa ex ipſorum nominis interpretatione patet, *Francorum nobilitas.*

(g) *Romanos quibus parificari poſſunt.*) Francos Romanis animoſitate comparat Otfridus Weiſſenburgenſis, antiquiſſimus ſcriptor, lib. 1, Evangeliorum cap. 1. quem locum B. Rhenanus, Geſnerus, Bibliander & alii paſſim citare ſolent.

Sie ſint ſo ſama chuani,
Selb ſo thio Romani.
Nu darf man thaz ouch redinon,
Thas Kriachi nith es vvidaron.
Sie eigun in zi nuzzi
So ſama ſcho vvizzi,
In felde, joch in vvalde,
So ſint ſie ſama balde.
Zi vvafano ſnelle
So ſint thie thegano alle.

(h) *B. Hierony-*

patet, iuxta ea quæ dixi ſuprà capit. 1. circa principium. (h) Beatus etiam Hieronymus in vita S. Hilarionis, hujus Franciæ Germanicæ validam eſſe gentem affirmat. Præterea etiam Franci Germanici ob invariabilem fidelitatis conſtantiam, quam erga reges Francorum, ab exordio ipſius regni uſque ad tempus diviſionis ejuſdem per nepotes Karoli Magni factæ, ac deinde ad reges Germanorum ſeu etiam Romanorum vſque ad præſens tempus ſervare ſtuduerunt ſemper illæſam, poſſunt non immeritò commendari. Nam licet dicti reges Francorum poſt ſubjugationem Galliæ, ſedem regni Francorum in Gallia vt plurimum habuerunt, nunquam tamen Franci Germanici à fidelitate ipſorum Regum etiam ſemel defeciſſe leguntur: quod à pluribus alijs regni Francorum nationibus, in geſtis Regum Erancorum legitur fore factum. Hanc brevem digreſſionem non tàm ad commendationem Francorum, quàm ad deteſtandam in hoc ignorantiam multorum nobilium de partibus Rheni facere volui, qui ſuæ originalis condi-

(h) *B. Hieronymus*) Verba ejus ſunt, in vitâ Hilarionis Monachi: *Inter Saxones quippe & Alemannos gens extat, non tam lata, quàm valida: quæ apud Hiſtoricos Germania, nunc verò Francia vocatur.* Quem locum pro notabili etiam adducit Aimon. lib. II. hiſt. Franc. cap. 10. Ita Agathias lib. 1. Πρόσοικοι τῆς Ἰταλίας καὶ ἀγχιτέρμονες τὸ γένος τῶν Φράγγων εἶεν δ᾽ ἂν οὗτοι οἱ πάλαι ὀνομαζόμενοι Γερμανοί. Quod autem inter fines Saxonum & Allemannorum ponit Francos Hieronymus, idem eſt ac ſi diceret; inter Oceanum Germanicum (cujus tunc accolæ erant Saxones, excurſionibus piraticis noti) & Rhætiis vicinos Alemannos. Quod benè notandum.

(i) *Rhenenſes quàm Francos.*) Non ſine exemplo, eóque antiquo. Nam & olim Rheni accolæ ſe Rhenanos, atque adeò Rhenos audire gaudebant. Stephanus de urbibus: Ῥῆνοι, ἔθνος παροικοῦν τῷ Ῥήνῳ τῷ ποταμῷ, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ καλούμενοι. Perſius: *Ingentéſque locat Cæſonia Rhenos.*

Digitized by Google

conditionis ignari, ſe potius nominari (k) *Rhenenſes* quàm Francos inaniter gloriantur: cum tamen non ipſorum à Rheno fluvio, ſed à Francis Troianis origine, ſicut & omnium aliorum Francorum Germaniæ & Francigenarum Galliæ, ſit nobilitas derivata.

Nunc igitur ad propoſitum redeundo, dico, quòd licet tempore Ludovici Imperatoris primi, cujus fuit prælegatus canon, 63. Diſt. c. ego Ludovicus, vt patet ex ſuprascriptione ipſius, imperium fuit Francorum magis propriè loquendo, quàm ſit hodie: tum quia tempore iſtius Ludovici regnum & imperium hujuſmodi non fuit diviſum, ſed tempore filiorum ſuorum diviſum extitit, vt patet ſuprà capitulo proximo: tum etiam, quia ejus tempore, ac etiam poſt ipſum longo tempore, imperium fuit regum Francorum de genere dicti Caroli Magni deſcendentium, qui Carolus fuit Francus Germanicus, vt præmiſi: nihilominus tamen hodierna die poteſt dici, imperium non ſolùm fuiſſe Francorum, vt dicit Gloſſa prædicta, 63. Diſt. in c. ego Ludovicus: ſed etiam poteſt dici adhuc eſſe Francorum, duplici reſpectu. Vno modo, quia eſt Germanorum,

Rhenos. Sed quid erat, quod Rhenanos populos Bohemi & alii ſuperiores Germani per contumeliam *Henchinos* vocabant? ut legimus in vita Caroli IV. Imp. *Si pater noſter arripuerit iſtas pecunias, diſperget eas inter Rhenenſes Henchinos.* Neſcio quo ſenſu aut ſale.

(x) *A Rheno fluvio)* De Virdomaro duce Germanorum Propertius eleg. penult:

Virdomari. genus hic Rheno jactabat ab ipſo.
Nobilis erectis fundere gaſa rotis.

Rhenum fluvium εὐγενῆ in quodam poëmate vocat Nicobulus & Gregorius Nazianzenus. Sed & hodiè quaſi proprio elogio audit, *der Edel Rheinſtrom.*

 (d) *Quinor*

rum, quorum patria, ſcilicet Germania, fuit principalior pars regni Francorum, quia in ea fuit origo & initium ipſius regni, vt ex ſuperius dictis apparet. Item alio modo poteſt dici imperium adhuc eſſe Francorum, quia etiam inter nationes Germanorum, quæ ſunt ſuperius in prædicta lege Caroli nominatæ, imperium principalius eſt Francorum quàm aliorum Germanorum. Sunt enim quatuor principes Electores Imperij in hac Francia, ſcilicet Maguntinenſis, Trevirenſis & Colonienſis, Archiepiſcopi: item Comes Palatinus Rheni. Qui (l) quatuor principes, vacante regno & imperio, tanquam major pars de numero Electorum (m) poſſunt creare regem in concordia eligendo; vocatis tamen alijs eorum comprincipibus & coëlectoribus, juxta conſuetudinem in hoc hactenus obſervatam, vt ex infrà dicendis capitulo 6. plenius apparebit. Secunda verò via ad probandum præmiſſa ſumitur, conſiderato initio & origine regni Francorum. Licet enim omnes nationes ab Aquitania uſque in Bavariam (vt patuit in capitulo ſuprà proximo) fuerint de regno Francorum: tamen initium & (n) origo iſtius regni fuit in Germania, vt patet

Electores ad Rhenum 4.

(l) *Quatuor Principes*) Qui etiam conjunctim monetam auream argenteámque ab antiquo feriunt, cui nomen *Rheiniſche gulden.* Iidem telonea ad Rheni alveum poſſident: & vinculo quodam unionis & juratæ fraternitatis peculiari inter ſe juncti ſunt

(m) *Poſſunt creare*) Et loca conventuum habendorum apud hos ſunt ab antiquo. *Reinſſe, Lanſtein, Francofurt.* Qua de re intrà cap. 6. & origin. Palatinar. 11. cap. 2.

(n) *Origo Regni fuit in Germania*) Quod & cordatiores Franco-Gallorum ſcriptores palàm profitentur. Hotomanus, Papir. Maſſonus, Tilius, & noviſſimè Claud. Fauchetus. Et ſanè, qui veteres Franci eorumque Reges fuerint, eorum vetuſtæ leges loquuntur: immò nil melius quàm ipſa eorum nomina. Quandoquidem ita apud omnes nationes receptum fuit, ea ſignantia & benè ominoſa,

Principi-

vt patet ex dictis in primo capite memorato. Principium autem eſt pars potiſſima cujuſque rei, ut ſcribitur de orig. jur. l. 1. Meritò igitur conſiderato principio & origine dicti regni, imperium (o) in Germanos, & non in Gallicos (qui poſtea illi regno Francorum per Francos, Troianos genere, & etiam per Germanos, quibus illi primò fuerant commiſti, ſubjugati fuerunt) dicitur fuiſſe tranſlatum. Tertia & vltima via ad probandum illud idem, ſumitur conſiderato finali eventu iſtius tranſlationis. Licet enim poſteritas Caroli Magni diu habuerit regnum & imperium Francorum: tamen regnum & imperium hujuſmodi fuit diviſum

Principibus præſertim imponere: Unde Nicephori, Victorini, Friderici. Itaque ex illis ipſis de linguarum radicibus & fundamentis rectiſſimè exiſtimare licet. At quid ſit Chilpericus (ut è multis unicum & inſigne exemplum hîc afferam) Venantius Fortunatus Epiſcopus Pictavienſis nobis exponat, itaſcribens:

CHILPERICE potens, ſi interpres Barbarus extet.
Adjutor fortis hoc quoq; nomen habes.

Idem de nominibus in *Dulphus* & *Ricus* deſinentibus, eleganter obſervavit I. Lipſius, Poliorcet. cap. 1. In *Baldus* verò deſinentia promptitudinem & audaciam manifeſtò denotant, ut *Sigibaldus* nil aliud ſit, quàm promptus ad victoriam: *Theobaldus* gentium promptus, ut modò de Francis è vetere rhytmo dictum eſt: *So ſint ſie ſama balde, Zu vvafano ſnelle.* Et *Baldita* apud eundem Otfridum ſæpe, audacia. Cum etiam veteri linguâ Gothorum & Amalorum *Baltha* idem velle, Jornandes auctor ſit. Neque aliud ſtatuo Bertum à ſignificatione vernacula & hodiernâ: ut *Sigebertus* ſit, victoriâ dignus, *Adalbertus* nobilitate dignus, *Dagobertus*, Ein vverder degan, *Bertholdus* dignus favore, *Bertulphus* dignus auxilio. Idem in cæteris nominum terminationibus. Ita *Hardus* audacem denotat, quod Franco-Gallis manſit, *hardy*: *Wardus & Guardus* cuſtodem: *Radus* velocem: *Haſtus* feſtinum, Gall: *haſtif*: *Gaſtus* hoſpitem: *Grammus* Iratum: *Framus* ſtrenuum, utilem: *Wigus & Wicus* bellatorem: *Scalcus* ſervum: *Holdus* amicum, faventem: *Trudis* amicam, fidelem. De quibus omnibus in noſtris

ſum tempore Imperatoris Lotharij, nepotis Caroli Magni, & filij ſui Ludovici Imperatoris primi, eo modo quo dictum eſt ſuperius in capitulo ſecundo. Cujus regni diviſi una pars fuit tota Germania, Pannonia, Bohemia & Moravia incluſis: quam ex diviſione hujuſmodi Ludovicus, frater dicti Lotharij Imperatoris, in portione hæreditatis obtinuit: qui tres filios præſtantiſſimæ indolis habuit, ſcilicet Carolomannum, Ludovicum, & Carolum. Et hi cum ſua poſteritate, felici ſorte regni Germaniæ & imperij gubernacula, poſt tempora Caroli Imperatoris ſecundi, uſque ad tempora Ludovici tertij moderarunt. Cujus tempore Italia defecit à fidelitate regum Germaniæ, ac ſocietate ipſius regni, uſque ad tempora Othonis primi; qui dictam Italiam reduxit ad regnum Germaniæ, & ad Germanos, & tandem factus fuit Imperator, prout hæc omnia ex ſuperius dictis in c. proximo apparent, & in Chronicis ac hiſtoria prædictis plenius continentur. Meritò igitur conſiderato iſto finali eventu, ſcilicet quòd Italia & Imperium poſt diviſionem antedictam regni Francorum, finaliter remanſit apud reges Germaniæ, & non apud reges Galliæ, etiam dum adhuc erat in poſteritate & genere Karoli Magni; di-

citur

noſtris Teutonicæ linguæ commentariis prolixiùs agemus.

(o) *In Germanos & non Gallicos*) Quamvis ita loquantur Italici, & alii exteri: à quibus deinde auditione etiam Græci acceperunt. Ita enim ſcribit Laonicus Chalcondyles Athenienſis lib. 2. Turcicar: ubi Germaniæ & Sigiſmundi Imp. mentionem habet: τοῦτο μὲν οἱ τῆς Ρώμης ἀρχιερεῖς τοῖς κελτῶν βασιλεῦσι τὸ πρῶτον ἐπεδίδοσαν, διὰ τοὺς πολεμίους οὓς θαυμάτε καὶ ἀνδρειότητα πρὸς τοὺς ἀπὸ Λιβύης διαβάντας ἐπὶ Ἰβηρίαν βαρβάρους, καὶ τὰ πολλὰ τῆς Ἰβηρίας καταστρεψαμένους αὐτοῖς. μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ τοὺς Γερμανῶν ἡγεμόνας μετινήνεκται ὁ ψῆφος τοῦ Ρωμαίων ἀρχιερέως. Et quod Germanos diverſos à Francis facerent, Otho ipſe imp. à Leone Papâ non aliter quàm Rex Teutonicorum appellatur, in c. in ſynodo. Diſtinct. 63. & integro privilegio, quod extat apud Theod. de Nihem in lib. de jurib. Imperii.

Non in

citur ipſum Imperium in Germanos & non in Gallicos, vel in aliarum nationum de regno Francorum homines, in perſonam Caroli Magni fuiſſe tranſlatum. Eſt ergo verum dicere, quòd imperium fuit tranſlatum in perſonam Caroli Magni, de Græcis ad reges Francorum, vt refert prædicta hiſtoria Francorum, ſeu Chronica: ac etiam ex conſequenti in Germanos, triplici conſideratione prædicta. (p) Non autem in perſonam Otthonis primi prædicti, fuit imperium cum Italia tranſlatum in Germanos, cum prius apud eos, non ſolùm tempore Karoli Magni fuerit, ſed etiam tempore poſteritatis Karoli poſt diviſionem ſæpedictam regni Francorum finaliter remanſerit apud eos, ut ex dictis ſuprà in c. proximo ſatis apparet. Sed ipſe Ottho Italiam, per Berengarium tyrannum, qui eam temporibus ſuis tenuit, occupatam regno Germaniæ, quod principalior pars regni Francorum extitit, recuperavit, ipſam Italiam cum imperio ad reges Germaniæ, & ad Germanos magnificè reducendo.

Secunda verò dubitatio circa dictam tranſlationem eſt hæc. Cum juxta hiſtoriam ſeu Chronicam Francorum ſuprà dictum ſit, quòd per Leonem tertium Papam imperium tranſlatum fuerit à Græcorum Imperatoribus ad Reges Francorum in perſonam Caroli Magni, & etiam in Germanos, ut jam dictum eſt: quomodo poteſt ergo habere veritatem, id quod legitur in Chronica Martini, ſcilicet quòd Stephanus Papa ſecund. vltimo anno ſui pontificatus Romanum imperium à Græcis abſtulit, & tranſtulit in perſonam

(p) *Non in perſonam Othonis I.*) Quod tamen viſum eſt magno viro Nic. Cuſano Cardinali, lib. 3. de Concord. Cathol. cap. 3. & cap. 26. Et ſanè ſi verum amamus, ſecundus ferè à Karolo æquè Magnus ille Imperii fundator fuit, ſubjectis Tyrannis, & Italiâ receptâ: Guntherus in Ligurino illos ſui inde iungere amat, ceu pares: ut legitur ad cap. VII. lit. b.

ſonam magnifici Caroli, tunc in juvenili ætate conſtituti? Et hoc etiam notatur Ext. de elect. c. Venerabil. in vlt. gloſſa. Circa hoc ſciendum eſt, quod Francorum hiſtoria refert, quòd idem Stephanus ſucceſſor immediatus Zachariæ Papæ, ſub anno Domini DCCLIII. Pipinum & duos filios ſuos, ſcilicet Carolum (qui poſt Carolus Magnus vocatus eſt) & Carolomanum unxit in reges Francorum: & obligavit ac obteſtatus eſt principes Francorum, ut nunquam de alia tribu regem præſumerent conſtituere, quos ipſe Stephanus Dei providentia elegit ad ſedem Apoſtolicam defendendam. Vnde & Pipinus rex eodem anno per invitationem dicti Stephani Papæ, ad defendendam eccleſiam Romanam ab oppreſſionibus Aiſtulphi regis Lombardorum, Italiam ingreſſus, acerrimo prælio cum eodem commiſſo victor extitit. Idemque Aiſtulphus in civitate Papiæ incluſus, neceſſitate ductus juſticiam eccleſiæ Romanæ pollicitus eſt faciendam. Cujus promiſſione Pipinus quadraginta obſides à prædicto Aiſtulpho recepit, & ſic in Franciam eſt reverſus. In hoc etiam concordat Chronica Euſebij, ſalvo quòd dicit id factum fuiſſe ſub anno ſequenti, ſcilicet ſub anno Domini DCCLIV. His præmiſſis, poſſet fortè dici, quòd per hoc, quòd prædictus Stephanus papa elegit dictos Reges ad ſedem Apoſtolicam defendendam, motus fuit dictus Martinus in prædicta Chronica ſua, & alij hoc idem dicentes: *Quòd idem Stephanus tranſtulit imperium de Græcis ad Germanos.* Cum enim Imperator teneatur ſanctam eccleſiam Romanam defendere, & exaltare dominum Papam, 63. Diſt. tibi domino. & protegere clerum, 96. Diſt. c. vlt. & eccleſias ſacras, ſicut & alij Reges & principes, 23. q. 5. c principes, &c. adminiſtratores. Conſtantinus autem, & Leo filius ſuus, Imperatores Conſtantinopolitani requiſiti per

eundem

eundem Stephanum, ut eccleſiam Romanam ab oppreſſione Aiſtulphi regis Lombardorum defenſaret, ut notatur in prædicta Gloſſa cap. Venerabilem, defendere noluerunt: idcirco Stephanus Papa jam dictus elegit Pipinum, Carolum & Carolomannum præfatos, ipſorumque ſucceſſores, ad Eccleſiam Romanam & ſedem Apoſtolicam defendendam, ut ſic per talem electionem videatur facta tranſlatio imperij de Græcis ad dictos reges Francorum, qui Germani erant, ut præmiſi. Unde notat dominus Ioan. in c. venerabilem, ſupradicta quinta gloſſa, quòd notatur in Speculo Hiſtoriali lib. 24. cap. 161. quòd tranſlatio imperii fuit facta in prædicto anno, quo Chronica ſeu hiſtoria Francorum refert unctionem & electionem prædictas forefactas, ſcilicet anno Domini DCCLIII. Sed quia dato etiam quòd per electionem hujuſmodi eſſet facta tranſlatio imperij de Græcis in Germanos: tamen non poſſet dici, quòd eſſet facta in perſonam Caroli Magni, ſicut dicit prædictum c. venerabilem, & c. Romani. in princip. de jure. in Clem. ſed potius eſſet facta in perſonam Pipini prædicti, vel ſaltem in perſonas omnium trium, ſcilicet Pipini, Caroli & Carolomanni prædictorum; ideò poſſumus dicere, quod in hac contrarietate Chronicarum, ſtari debeat (q) hiſtoriæ ſeu Chronicis Francorum, quæ præſumitur ſcripta per aliquem oriundum de ipſo regno Francorum, qui factum tranſlationis hujuſmodi habuerit benè notum. Nam Hiſtoria Francorum, quam allego, eſt ſumta in hac materia, ſcilicet de geſtis Karoli Magni, ex ſcriptis Regionis Abbatis monaſterij Prumienſis, Treverenſis diœceſis, quem de geſtis principum ſuæ patriæ habuiſſe præſumo notitiam. Et hoc videtur maximè eſſe verum ex eo, quod idem

(q) *Hiſtoria ſeu Chronicis Francorum*) Illis de quibus ſupra ad pag. 20. lit. d. notavimus.

(r) *Nunquam*

idem Carolus ante unctionem & coronationem impenſas ſibi per Leonem tertium, ſucceſſorem immediatum Adriani Papæ primi, qui Adrianus fuit ſucceſſor immediatus dicti Stephani Papæ, (r) nunquam ſe Imperatorem Romanorum nominavit, ſeu intitulavit: ut ex prædictis Chronicis, ſeu ex diverſis privilegijs per eundem Carolum ante unctionem & coronationem hujuſmodi conceſſis, quæ in multis adhuc Eccleſijs inveniuntur, evidenter apparet. Hoc etiam patet ex canone, diſtinct. 63. c. in ſynodo in principio. vbi patet, quòd tempore quo Carolus fuit factus per Adrianum Papam primum ſucceſſorem dicti Stephani patricius Romanorum, nominatus fuit tantùm *Rex Francorum & Longobardorum*, & non Imperator. Nec in Speculo hiſtoriali, in capitulo prællegato, aliquid de translatione imperij, juxta remiſſionem domini Iohan. Andreæ dicitur ſeu notatur: ſed in eodem capitulo, id quod dixi ſuprà eodem cap. vbi circa hoc, ſciendũ, plenius enarratur. Sed de tranſlatione imperij tractatur in eodem Speculo & libro, cap. vltimo, ubi narratur, quòd Romani anno tertio imperij Helenæ * matris Conſtantini, cum omni conſenſu Carolo Magno (s) Imperatorias laudes adclamarunt

*al. Hirenæ.

(r) *Nunquam ſe Imperatorem*) Etiam cùm præter Germaniam & Galliam, Italiæ magnam partem teneret. Patet id cùm ex diverſis ejus diplomatis, tum ex titulo ejus in opere de Imaginibus: *Opus inluſtriſſimi & excellentiſſimi ſeu ſpectabilis viri, Caroli Magni, nutu Dei Regis Francorum, Gallias, Germaniam, Italiámq;, ſive harum finitimas provincias Domino opitulante regentis, contra Synodum &c.* Et nummi ejus conſpiciuntur his litteris: KAROLUS R. F. E. I.

(s) *Imperatorias laudes adclamârunt*) In qua adclamatione & laudatione tum temporis apud Romanum & Conſtantinopolitanum populum, electio popularis conſiſtebat, ut apud Paul. Diaconum in Hiſtoriâ Miſcellâ, & Anaſtaſium Bibliothecarium ſubinde legimus, Lambertus Hirsfeldens. ann. DCCC. *Carius Auguſtus à Romanis appellatur.*

runt, cumque per manus Leonis Papæ coronatum Cæſarem & Auguſtum appellarunt: quod dictum concordat cum eo, quod de tranſlatione Imperij ſuprà dixi. Credo igitur juxta præmiſſa, quòd Stephanus Papa præfatus eligendo Reges Francorum ad ſedem Apoſtolicam defendendam, ut dicit prædicta hiſtoria Francornm (in quo etiam concordat dicta Chronica Euſebij) per hoc conſtituerit eos tantum advocatos & defenſores Eccleſiæ Romanæ. Sed quod Leo Papa tertius unxit & coronavit eundem Carolum, & in imperatorem Romanorum, acclamante & petente populo Romano: per hoc credo tranſlationem imperij de Græcis factam fuiſſe ad reges Francorum, & etiam ex conſequenti in Germanos, iuxta prius dicta.

CAPVT IV.

Quis ſit aut fuerit effectus tranſlationis imperij de Græcis in perſonam Karoli Magni, & quæ ſint cauſæ ſeu cauſa tranſlationis ejuſdem.

ADhuc circa prædictam tranſlationem imperij quæro de duabus quæſtionibus, pro evidentia clariori jurium Regni & Imperij. Et eſt prima quæſtio, Quis ſit ſeu fuerit effectus ipſius tranſlationis Imperij? Videtur enim, quòd hujuſmodi tranſlationis nullus fuerit realis effectus. Nam temporibus Imperatoris Iuſtini ſecundi, Narſes patricius, ut patet ex Chronicis Martini & Euſebij, minis Sophiæ conjugis Iuſtini perterritus, Longobardos in Italiam introduxit: qui ſuæ poteſta-

pellatur. Idem Sigebertus, Regino, M. Polonus, alii. Vide de his ad clamationibus & Lips. 2. Elect. cap. 10.

poteſtati eandem (a) Italiam ſubjugarunt: Romani verò ex tunc per patricios dominari cœperunt, & ſic regnum (b) Italicum à jugo Conſtantinopolitani imperij fuit abſolutum. Eiſdem quoque temporibus (c) cætera regna Occidentalia (ut referunt Chronica Godfridi) à dicto imperio diſceſſerunt. Vnde cum Carolus Magnus poſt tempora dicti Iuſtini per multorum annorum curricula fuerit, patet quòd Imperatorem Conſtantinopolitanum pro ſuo ſuperiore minimè recognovit. Unde videtur, quòd quoad exemptionem ipſius Caroli à ſubjectione ac obedientia Imperatoris Conſtantinopolitani, hujus tranſlationis nullus fuerit effectus realis. Præterea idem Carolus Magnus (ut patet ex his quæ dicta ſunt ſuprà capitulo 1.) partim ex ſucceſſione paterna, partim etiam per bellum licitum, habuit ante jam

(a) *Italiam ſubjugârunt*) Prius à Gothis poſſeſſam quorum Reges in ipsâ Româ, volentibus adeò Romanis Cæſaribus, ſedem Imperii habebant. Zeno enim Imp. Theoderico Gotho Romam veterem habitandam ultrò ceſſit, ut Jornandes ſcribit. Equa illius, & Athalarici, aliorúmque plurima reſcripta collegit Caſſiodorus.

(b) *Italicum à jugo*) Niſi quod annos ſuos per imperium Cæſarum Byzantii reſidentium computabant (ut in ſubſcriptionibus ipſorum Pontificum per Tomos Conciliorum ſparſis videmus: *Dat.—— imperante domino piiſſimo Auguſto Leone, à Deo coronato magno Imperatore, anno tertio imperij ejus, indict. II.*) Et moneta illorum in commerciis, legatis mulctis & omnibus negotijs utebantur, quam Byzantinos (unde Gallici *Beſants d'or* manſerunt) vocabant: quorum multa mentio in ejus temporis diplomatis & inſtrumentis, etiam Pontificiis bullis, & fundationibus, aliiſque talibus memoriis & ejus ævi auctoribus. De quibus vid. Leunclav. in Pandect. Turc. pag. 223. & Franc. Raguell. in Lex. Gall. verbo, *Beſants*.

(c) *Cætera regna Occidentalia*) cùm Germaniæ & Galliæ Francis parerent, Britannia Angloſaxonibus, Hiſpania Gothis & Vandalis, Pannonia Hunnis, Africa Saracenis.

(d) *Quod*

jam dictam tranſlationem, omnia regna & provincias, quæ ſeu quas hodie habent Reges ſeu Imperatores Romanorum. Habuit inſuper Galliam occidentalem, Waſconiam, Pannoniam, & plures alias provincias & terras, quas hodie Reges ſeu Imperatores non poſſident. Item habuit in omnibus eiſdem regnis, provincijs & terris poteſtatem imperialem, ſaltem ex conſuetudine, iuxta ea quæ dicam infrà capitulo ſeptimo. Et ſic regna ac provinciæ & terræ hujuſmodi, cum plena poteſtate in ipſis, per eccleſiam Romanam in eum transferri minimè potuerunt. Quod enim meum eſt ex una cauſa, non poteſt ex alia modò fieri meum, niſi deſinat eſſe meum. Extr. de fide inſtrument. c. inter dilectas cum concord ibi notatis. Cum ergo Reges ſeu Imperatores Romanorum, regna, provincias & terras, quæ adhuc ſubſunt regno & imperio, habeant eas & ea omni jure quo idem Carolus habuit, tanquam ſuccedentes in locum ipſius Caroli ex electione Principum electorum, ſecundum ea quæ dicam infrà capite ſeptimo, videtur igitur, quòd iſtius tranſlationis nullus ſit vel fuerit effectus realis. Item ad hoc facit etiam quod legitur in Chronicis Euſebij, & hiſtoria Francorum, Carolum Magnum affirmaſſe, *ſi conſilium Leonis Papæ tertij de coronatione imperiali ſibi impendenda ſciviſſet, quòd ea die, licet ſacratiſſima, ſcilicet natalis Domini fuiſſet, Eccleſiam nequaquam intraſſet.* Sed non eſt veriſimile, quòd idem Carolus aſſumptionem imperialis nominis vel poteſtatis abhorruiſſet, ſi ex hac aliqua ſibi & regno Francorum utilitas ſeu realis effectus accreviſſet, vel etiam accreſcere potuiſſet. Nam in ampliando regno Francorum tantus fuit, quòd ipſum regnum, quod magnum & forte poſt patrem ſuum Pipinum ſuſceperat (ut referunt Chronicæ & hiſtoriæ prædictæ) reddidit pe-

nè duplum. Circa hanc quæſtionem eſt ſciendum, quòd opinio eſt quorundam, (d) quòd Imperator Conſtatinopolitanus ſit verus Imperator: & quòd noſter Imperator ſit procurator ſeu defenſor Romanæ Eccleſiæ, quæ opinio notatur 96. Diſt. Si Imperator. Et hanc opinionem tenet Bernhard. Hiſpanus, ut ibi notat Archidiaconus. Et ſecundum hanc opinionem ſequeretur, quòd nulla de Græcis ad Germanos tranſlatio imperij facta fuiſſet. Sed quia tàm jura canonica, ut patet Ext. De elect. Venerabilem. & de jurejur. c Romani in Clement. quàm etiam Chronicæ diverſæ aſſerunt de Græcis Imperium fuiſſe tranſlatum, ideò reprobata iſta opinione ad hanc quæſtionem, ſalva tamen ſemper in omnibus veritate, credo dicendum, quòd præmiſſis non obſtantibus duplex fuit & eſt dictæ tranſlationis effectus, quoad ipſum Carolum, & ſuos in regno & imperio ſucceſſores. Primus effectus eſt, quia per hanc tranſlationem declarabatur, eundem Carolum & ſuos ſucceſſores, non teneri ad aliquam ſubjectionem deinceps Imperatoribus Conſtantinopolitanis Græcorum: ad quam omnes Reges totius orbis, niſi exemptos ſeſe oſtendant, Imperatori tenentur: iuxta ea quæ dicam infrà capite vndecimo, in ſecunda oppoſitione. Et ſic Carolus Magnus ante dictam translationem ad ſubjectionem & obedientiam Imperatoribus Conſtantinopolitanis, & ſi non in toto, ſaltem uſquequaque tenebatur, juxta ea quæ dicam infrà cap. 15. Secundus verò effectus ejuſdem tranſlationis eſt, quòd virtute ipſius, Carolus & ſui ſucceſſores receperunt poteſtatem imperialem in omnibus regnis, & provincijs & ter-

(d) *Quod Imperat. Conſtp. ſit verus.*) Quam quidem perſuaſionem ipſi Imperatores Græcorum diu retinuerunt, eóque nomine Germanis Cæſaribus obtrectârunt, ut in fine hujus cap. dicemus.

(i) *Græ-*

terris, præſertim occidentalibus, quæ non erant ante tempus dictæ tranſlationis ſub poteſtate dicti Caroli: & etiam petendi & exigendi à Regibus & principib. regnorum provinciarum & terrarum hujuſmodi ſubjectionem Imperatori debitam, quam poteſtatem prius non habebant: ita quòd ſicut olim populus Romanus jus & poteſtatem imperialem tranſtulit in Imperatorem, ut patet ff. de orig. jur. l. 2. §. noviſſimè. Inſtit. de jure nat. gent. & civil. §. ſed & quod princip. & ff. de conſtitut. princip. l. 1. Sic & tunc, ſcilicet tempore dictæ tranſlationis, jus & poteſtas hujuſmodi in Carolum & ſuos in regno & imperio ſucceſſores de Græcis Imperatoribus eſt tranſlata. Licet igitur quoad regna & provincias, & terras, quæ ſeu quas habuit prædictus Carolus ante tempus hujuſmodi tranſlationis, & etiam quo ad omnem poteſtatem in eiſdem, dicta tranſlatio nullius effectus realis fuerit, cũ ipſa & ipſas cum plena poteſtate antè habuerit, ut ſuprà dictum eſt: tamen quo ad alia regna, provincias ac terras, nec non quo ad hoc, quod ex illa tranſlatione declarabatur, ipſum Carolum & ſuos ſucceſſores in imperio non teneri ad aliquam ſubjectionem Græcis Imperatoribus; hæc tranſlatio effectus habuit jam præmiſſos. Ad id autem quod opponitur ultimò de Carolo Magno, ex Chronica & hiſtoria prædictis, poteſt reſponderi: quòd licet idem Carolus ſciverit ex aſſumptione nominis & poteſtatis imperialis, poſt dictam coronationem, in ſe poteſtatem imperialem in omnibus terris & provincijs imperij Romani, & per conſequens, poteſtatem ſibi ſubjugandi eaſdem, fuiſſe tranſlatam: tamen propter ſenectutem & innumeros labores, quos in ampliando dicto regno Francorum perpeſſus fuerat, fortaſſis ſe inſufficientem ad id exiſtimans, nomen & poteſtatem hujuſmodi ſaſ-

ſumere formidavit: quod & rei probavit eventus. Nam poſt aſſumptionem & coronationem prædictas, non memini me legiſſe, ipſum Carolum aliquam de novo terram vel provinciam ſibi ſubjugaſſe.

Secunda verò quæſtio circa eandem imperij tranſlationem eſt, quæ ſint cauſæ vel cauſa ipſius tranſlationis. Circa hujus quæſtionis ſolutionem ſciendum eſt, quòd in hoc videtur eſſe opinionum diverſitas. Lau. enim notat 7. q. 1. In apibus. quòd eccleſia Romana tranſtulit imperium de Cræcis in Germanos, ob hoc fortè, quòd (e) Græci Romanam eccleſiam non recognoſcebant. Sed illud ex aliquibus hiſtorijs vel ſcriptis nō reperitur. Unde hoc eſt divinare, præſertim quia Græci longo tempore ante dictam tranſlationem imperij, ab ipſius eccleſiæ Romanæ obedientia receſſerunt, conſtituentes ſibi caput eccleſiam Conſtantinopolitanam. Et quia eadem Eccleſia ſcribebat ſe primam omnium Eccleſiarum, Phocas imperator, qui regnare cœpit ſub anno Domini DCIV. rogatu Bonifacij Papæ IV. Conſtituit, *Eccleſiam Romanam eſſe caput omnium Eccleſiarum*: ut in Euſebij & Martini Chronicis continetur. Sed quòd prædictæ Chronicæ dicunt, quòd Phocas conſtituit Eccleſiam Romanam eſſe caput omnium Eccleſiarum: intelligo *Conſtituit*, id eſt, conſtitutam declaravit. Eccleſia enim Romana primatum omnium Eccleſiarum habet à Chriſto: ut probatur in Canone 21. Diſt. c. quamvis & 22. Diſt. c. 1. & 2. Alii verò dicunt, quòd ex eo fuerit tranſlatum, quia Leo III. & Conſtantinus V. filius ejuſ-

Græcorum diſceſſus à Romanis.

(e) *Græci Rom. Eccleſiam non agnoſcebant*) Habentes proprium ſuum Patriarcham, qui & ipſe *Oecumenici* ſive *Univerſalis* titulum jam tum Gregorii M. tempore affectabat: & ignari, vel non creduli, donationis Conſtantinianæ, quæ S. Petri primatum in tantum extulit. Ad quam plura in hanc rem annotavimus, ut & alibi non uno loco.

(f) *Legi-*

ejuſdem Leonis Imp. Conſtantinopolitani, fecerunt imagines Chriſti & Sanctorum deponi, & incendi. Sed licet Imperatores prædicti in Chronicis Euſebii, Francorum, Martini, & Godfridi antè dictis, præmiſſa feciſſe legantur: non tamen legitur in eiſdem Chronicis vel ſcriptis aliis, quæ habere potui, quòd ex ea cauſa hujuſmodi tranſlatio prædicta facta fuerit. Sed (f) legitur in Chronicis Euſebij & Martini prædictis, quòd cum Gregorius Papa III. eundem Leonem Imp. ſuper præmiſſo exceſſu incorrigibilem videret, Romæ multorum Epiſcoporum celebrato concilio, confirmavit venerationem ſanctarum imaginum, & violatores anathematizavit, ipſamq; Italiam à jure dicti Leonis diſcedere fecit, & tributa ac vectigalia ſibi dari prohibuit. De tranſlatione autem imperij ex hac cauſa facta, nihil in eiſdem Chronicis dicitur. Præterea in prædicta Francorum hiſtoria legitur, quòd poſt tempora prædictorum Imperatorum, ſcilicet tempore Conſtantini VI. & Helenæ * matris ejuſdem, autoritate Adriani Papæ I. in Nicæa concilium Epiſcoporum CCCL. congregatum fuerit, in quo hæreſis execrantium imagines Dei & Sanctorum anathematizetur in perpetuum. (g) Unde non videtur ex ſæpe dicta depoſitione imaginum, dicta tranſlatio imperii

*Leg. Hirenæ.

(f) *Legitur in Chronic. Euſebii*) Idem referunt Græci Hiſtoriographi, Zonaras tomo 3. fol. 85. Cedrenus fol 98. fol. 373. Paul. Diacon. Miſcellæ lib. 21. Sed & ante hunc Leonem Iconomachum, Conſtantinus Papa Philippicum Bardanem Imp. quod picturas Synodicas Sanctorumque ſtatuas & imagines è templis eraſiſſet, hæreſeos condemnaverat, & cum populo Romano ſtatuerat: *Ne nomen Imperatoris heretici aut in chartas, aut in figuram ſolidi ſeu numismatis ſuſciperent.* Unde nec ejus effigies pro more in Eccleſiam introducta eſt, nec nomen ad Miſſarum ſolennia prolatum, ut ſcribit P. Diaconus 6. Longobard. cap. 31. Ado ætat. 6. Beda, Platina & alii.

(g) Un-

rij facta fuiſſe. Fuit enim (ut credo) hæc tranſlatio etiam poſt tempora prędicti Adriani, ſcil. per Leonem Papam III. facta, ut dixi ſuprà c. 1. & 3. Nec credo eam factam fuiſſe per Stephanum Papam II. prædeceſſorem prædicti Adriani, ut in eodem cap. 3. plenè dixi. Credo igitur, quod Leo papa prædictus conſideravit, quòd Imperatores Conſtantinopolitani, temporibus ejuſdem Caroli, & longè ante tempora ejuſdem, ſcil. tempore Pipini patris, ac tempore Caroli Martelli avi ſui, Eccleſiam Romanam variis infeſtationibus oppreſſam, aliaſque Chriſti Eccleſias, & clerum in occidentali Imperio non defendebant, quod ſpecialiter ad Imperatoris ſpectat officium, ut patet 61 Diſt. tibi domino, & 96. diſt. c. ult. Item pupillos, viduas, & alias miſerabiles perſonas non protegebant, alioſque vi oppreſſos in eodem imperio de manu calumniantium non liberabant, quod generaliter ad omnes reges & principes pertinet, ut 23. q. 5. c. regnum, &c. adminiſtratores, cum concord. & ſic Imperatores prædicti Occidentale imperium quodammodo

(g) *Unde non videtur ex ſaped.*) Neque ſanè ipſi Franci, eorúmque Rex Carolus, hac in parte cum Romano Pontifice de veneratione Imaginum ſentiebat: imò illud ipſum Concilium Nicenum (cujus hîc mentio) pro illarum adoratione, palàm improbabant, habitâ ſuper ea re Synodo Francofurti, cujus meminerunt Ado, Aimonius, Regino, Poëta vetus, & Annales Fuldenſes: quin & ſcripto, nomine Caroli M. libro, cujus Hincmarus, & N. Cuſanus meminerunt, hoc titulo: *Opus Caroli M. Francorum Regis &c. contra Synodum, quæ in partibus Graciæ pro adorandis imaginibus ſtolidè ſive arroganter geſta eſt.* Ad quem ut ex profeſſo pro imaginum defenſione reſpondit ipſe Hadrianus Papa (cujus ſcriptum extat tom. 3. Concilior. Surii, & ex eo quædam inſerta leguntur Decreto Gratiani) ita replicatum ipſi iterum fuit à Hludovico Imp. quod ſub titulo *Synodi Pariſienſis de imaginibus* & ipſum nuper prodit. vide & ad Andloum pag. 57.

(h) *Epi*

modo pro derelicto habuerunt, in eo (ut ex diverſis Chronicis apparet) ſolo nomine imperando. Carolus autem prædictus, qui potentior erat inter omnes Reges occidentales, cum ratione regni Francorum, quod protendebatur à Bavaria uſque in Aquitaniam (ut viſum eſt ſuprà cap. 1. & 3.) tum etiam ratione multarum provinciarum, quas (ut dixi ſuprà in eodem capitulo primo) ſuo dominio ſubjugarat, omnia præmiſſa pro poſſe fecit in dicto imperio. Nam ipſe Eccleſiam Romanam ab oppreſſionibus Deſiderii regis Lombardorum liberavit: ut patet non ſolùm ex Chronicis, ſed etiam Canone, 63. Diſtinct. c. Adrianus, & 23. q. 8. c. hortatu. Sicut & pater ejus Pipinus eandem Eccleſiam ab oppreſſionibus Aiſtulphi regis, bello acerrimo commiſſo cum eo & Lombardis, prius liberaverat: de quo bello fit mentio in prædicto c. hortatu. Sic & Carolus cognomine Martellus, pater ejuſdem Pipini, & avus Caroli Magni, Dux & major domus Francorum, Eccleſiam Romanam & Italiam à Gothis liberavit, ut refert Chronica prædicta Godfridi. Cæterum etiam idem Carolus magnus, & Eccleſias alias, non ſolùm defendebat, ſed etiam conciſas reſtaurabat; & novas multas, etiam (h) Epiſcopales præcipuè in Saxonia (ut ex prædictis Chronicis apparet) ædificavit, & dotavit: quod eſt boni principis facere, ut patet in prædicto cap. ultimo. 96. diſtinct. Item miſerabiles perſonas, & alias, vi oppreſſas, non ſolùm in regno Francorum, ſed etiam in provinciis, & terris aliis occidentalibus, ab oppreſſionibus & violentiis, præcipuè Paganorum, quorum tunc etiam in regni Francorum confinijs erat maxima multitudo, defendit, ac etiam liberavit:

Caroli M. virtutes.

(h) *Epiſcopales præcipuè in Saxonia.*) Qua de re vid. Helmoldus, M. Adam. Bremenſis, Krantzius, & Lupoldus hic noſter in lib. de zelo veter. Princip. German. cap. 9.

G (i) *Le-*

vit: propter quod multas provincias & terras (ut patet ex dictis Chronicis) ſuo dominio ſubjugavit. Ultra hæc omnia idem Carolus, ut ex dictis Chronicis apparet, pro injuria enormi prædicto Leoni à Romanis illata, vindicanda (de qua dixi ſuprà in cap. 1.) Romam fuit profectus. Unde dictus Leo Papa, conſideratis omnibus præmiſſis, quæ dignè & benè ſufficiebant pro tranſlatione imperii de Imperatoribus Conſtantinopolitanis ad Reges Francorum facienda, ipſum Carolum Romæ in eccleſia S. Petri, in die Natalis Domini, ſub anno ejuſdē Domini DCCCI. adclamante & petente populo Romano unxit, & coronavit in Imperatorem & Auguſtum. Per quas unctionem & coronationem, dicta tranſlatio peracta fuit, ut etiam dixi ſuprà cap. 1. & cap. præcedenti, in fine. Quomodo verò, ſeu quo jure idem Leo Papa, ſeu eccleſia Romana eandem tranſlationem facere potuerit, cum ſit negotium juriſdictionis temporalis, dicam infra in cap. 12. in 5. oppoſitione. Unctio autem & coronatio hujuſmodi, per quas credo (ut jam dixi) tranſlationem imperij fuiſſe peractam, facta fuit tempore Irenes Imperatricis prædictæ, quæ poſt excæcationem Conſtantini filij ſui præfati regnavit annis quinque: unde etiam (ut utar verbis Godfridi in dicta ſua Chronica) quia in manus fœminæ devenerat imperium, dignum erat ut ad Francos viros potentiſſimos transferretur. Eadem verò Irene, ſentiens fortè prætextu tranſlationis hujuſmodi, imperium Græcorum, cui tunc præfuit, per dictum Carolum invadi, anno tranſlationis imperii ſequenti miſit (i) legatos ad Imperatorem Carolum ſæpè dictum, pro pace confirmanda inter Francos & Græcos, cum quibus

(i) *Legatos pro pace confirmandâ*) De hac tranſactione inter utroſque Imperatores, etiam teſtatur præter Godfrid. Viterbienſem, Ado, Re-

bus Carolus miſit ſuos legatos pro eadem cauſa Conſtantinopolim, & ut Irenem Imperatricem ſibi poſtularent in conjugium ſociari: cui dum Irene conſenſiſſet, Encius *patricius, præſentibus legatis Caroli fratrem ſuum Nicephorum Imperatorem fecit, & Irenem in monaſterium detruſit. Idem igitur Nicephorus Imperator factus, legatos ſuos cum legatis Caroli ad ipſum Carolum tranſmiſit, qui fœdus pacis inter eoſdem Carolum & Nicephorum firmaverunt. Quod etiam fœdus idem Carolus poſteà cum Michaële, deinde cum Leone filio Pardi patricii, Græcorum Imperatoribus, ut nulla propter ſuſceptum à ſe Imperatoris nomen ſcandali remanere poſſet occaſio, firmiſſimè ſtabilivit: prout hæc omnia patent ex Chronicis Euſebii, Francorum, & Godfridi prædictis.

Irena Imp

** al. Itilius.*

CAP.

Regino, Philip. Bergomas, Platina, Volaterranus, Egnatius. De qua tamen (quod meritò mireris) apud Græcos omnes altum ſilentium. At noſtri cum curâ in Annalibus ſuis conſignârunt, alternas & reciprocas inter Carolum Ludovicúmque & Conſtantinopolitanos Principes, legatorum & literarum miſſiculationes, repetitis vicibus factas, præſertim illam quæ facta eſt anno D. CCCXII. de qua ita Adelmus, & ex eo compilator Aimonius: *MICHAEL Imperator factus, legatos Imp. CAROLI, qui ad Nicephorum miſſi fuerant, in Conſtantinopli ſuſcepit & abſolvit. Cum quibus & legatos ſuos direxit, & per eos pacem à Nicephoro inceptam confirmavit. Nam Aquisgrani, ubi ad Imperatorem venerunt, ſcriptum pacti ab eo in Eccleſiâ ſuſcipientes, more ſuo, id eſt, Græcâ linguâ, laudes ei dixerunt, & Imperatorem, & ΒΑΣΙΛΕΑ eum appellantes: & inde reverſi Romam, in baſilicâ S. Petri eundem pacti ſeu fœderis libellum à Leone Papâ denuò ſuſceperunt.*

 (a) *Pre-*

CAPUT V.

Quòd electus in Regem ſeu Imperatorem Romanorum à principibus Electoribus in concordia, poteſt ſtatim ex ipſa electione licitè nomen Regis aſſumere, ac jura & bona regni & imperii in Italia, & in aliis provinciis regno & imperio ſubjectis adminiſtrare. Et hic eſt primus articulus ſuper juribus regni & imperii conceptus.

EXpeditis pro clariori evidentia dicendorum quibuſdam præambulis, nunc ad jura regni & imperii poſt tempus prædictæ tranſlationis imperii venio declaranda, eadem jura in quinque articulis breviter comprehendens. Veritatem autem eorundem articulorum per jus gentium, & generales regnorum occidentalium conſuetudines, ac etiam per hiſtorias & Chronicas antiquas manifeſtè (a) probabo. Quæ probatio, ſcilicet per hiſtorias & Chronicas antiquas, videtur ſufficiens, præſertim in hac materia quæ memoriam hominum excedit. Scriptura enim antiquorum librorum facit fidem, ut ff. de probat. l. cenſus. C. qui pot. in pig. hab. l. ſcripturas. Ext. de probat. c. cum cauſam, & de præſcript. c. ad audientiam, cum concord. Primus igitur arti-

(a) *Probatio per Hiſtorias*) Hiſtoricis & Chronicis; in rebus præſertim ſuperiorum ſæculorum, ſtandum eſt. Gl. & Dd. in cap. inter dilectos. De fide Inſtrum. Iaſ. in l. col. 6. D. ſi cert. pet. Maximè ſi inſerant aut allegent inſtrumentorum & jurium tenores, quos non potuiſſent habere, niſi feciſſent de mandato Principis: quo caſu tanquam libro deputati de publico credendum eſt. Bart in l. quædam. § nummularios. D. de edendo. Ias. in repetit. L. admonendi. col. 49. verſ. circa tertium. C. de jurejur.

(b) *Exen-*

articulus talis eſt: *Electus in Regem ſeu Imperatorem Romanorum à principibus Electoribus regni & imperii in concordia, poteſt ſtatim ex ipſa electione licitè nomen regis aſſumere, ac jura & bona regni & imperii in Italia & in aliis provinciis ejuſdem regni & imperii adminiſtrare.* Ad hujus articuli probationem præmitto, quòd Carolus Magnus rex Francorum (ut patet ex his quæ in primo capitulo hujus tractatus dicta ſunt) regnum Francorum, quod protendebatur ab Aquitania uſque in Bavariam, habuit ex ſucceſſione paterna, more ac conſuetudine quaſi generali omnium aliorum regnorum occidentalium, quæ tunc, ſicut & nunc, per ſucceſſionem generis ut plurimùm debebantur: & huic regno ac ſibi ſuiſque ſucceſſoribus Italiam & multas alias provincias & terras per bellum licitè acquiſivit; ex eo videlicet, quòd Reges, principes, & poſſeſſores illarum provinciarum & terrarum, contra Chriſti eccleſias & Chriſtianos, multimodas (ut ex diverſis hiſtoriis & Chronicis apparet) tyrannides ſuis temporibus exercebant. Et hoc poterat facere idem Carolus de jure gentium, ex quo bella ſunt introducta: ut patet ff de juſt. de jure. l. ex hoc jure. Inſtitut. de jure nat. gent. & civ. §. jus autem & 1. diſtinction. c. jus gent. & ex conſequenti provincias & terras hujuſmodi eodem jure fecit ſuas. Ea enim quæ in bello juſto capimus, jure gentium noſtra fiunt, ut patet ff. de acquir. rer. do. l. naturale §. ult. Inſt. de rer. diviſ. § item ea quæ ex hoſtib. ad idem 23. q. 5 c. dicat. & q. 7. c. ſi qua de reb. Et poſt hæc dictus Carolus, elapſis pluribus annis (ut patuit ſuprà cap. 1.) unctus & coronatus fuit in regem & Imperatorem Romanum. Unde etiam notatur in Conſtitutione Friderici Imperatoris, Hac edictali. §. iujuria. in gloſſa, ſecundum leges, Collat. decima, quod Carolus ſtetit per multos annos rex Franciæ & Lombardiæ, antequam haberet imperium: nec reperitur

feciſſe niſi novem leges in Lombardia contentas, poſtquam fuit Imperator, ut ibi notatur. Qui Carolus reliquit regnum & imperium cum provinciis hujuſmodi licitè adquiſitis virtute dictæ generalis conſuetudinis, filio ſuo Ludovico, excepta Italia, quam reliquit Bernhardo nepoti ſuo. Et ſic deinceps Reges & Imperatores de genere dicti Caroli exiſtentes, habuerunt per ſucceſſionem generis regnum Francorum, ſeu partem illius regni, poſt diviſionem ejuſdem cum Italia & imperio, eodem jure ac titulo, quo ipſe Carolus tenebat, uſque ad tempora Ludovici tertii; cujus tempore Italia defecit à fidelitate ſua, & regni Germaniæ, cujus regni Germaniæ ipſe rex erat. Ceſſerat enim regibus Germaniæ felici ſorte Italia cum Imperio, ut in ſuperioribus plenè viſum eſt. Regnum autem Germaniæ habuit reges de genere dicti Caroli deſcendentes, quouſque defecit genus, vel ſaltem potentia generis ipſorum in dicto regno. Quo genere deficiente, principes & natu majores Francorum, Alemanorum, Bavarorum & Saxonum, qui repræſentabant totum populum Germaniæ, elegerunt Henricum primum Ducem Saxoniæ in regem Germaniæ & Francorum, ut ex prius dictis in prædicto capite ſecundo apparet. Quod facere poterant de jure gentium, ex quo jure etiam regna condita ſunt; ſcilicet quòd quilibet populus poteſt ſibi regem eligere, ut patet ex his quæ leguntur & notantur ff. de juſt & jure. l ex hoc jure. Et deinde Otho primus, filius ejuſdem Heinrici (ut etiam viſum eſt in eodem capite ſecundo) recuperavit Italiam ipſi regno Germaniæ, à quo ejuſque ſocietate defecerat: & factus fuit poſt hæc Imperator. Et ex tunc iteratò incepit regnum Germaniæ cum Italia & imperio deberi ex ſucceſſione generis, uſque ad tempora Otthonis tertii. Cujus tempore fuit inſtitutum, quòd per certos principes Germaniæ, ſcilicet per

Offi-

Officiatos imperii eligeretur Imperator, ut etiam ex ſuperius dictis plenè patet. His itaque præmiſſis, primò probabo veritatem dicti articuli generalis, de adminiſtratione omnium provinciarum regni & imperii. Secundò ſpecialiter, de adminiſtratione Germaniæ.

Primum ſic probatur: Quilibet populus carens rege, poteſt ſibi regem eligere de jure gentium, ex quo jure regna condita ſunt, ut jam dictum eſt, per l. ex hoc jure ff. de juſtic. & jur. & ex conſequenti poteſt talis electus jure eodem ex tali electione populi regnare nomine & re: quod non eſt aliud niſi nomen Regis aſſumere, & jura & bona illius regni adminiſtrare, ut de ſe patet. Sed in regno & imperio cum non habeat locum hodie ſucceſſio generis, mortuo rege vel Imperatore, populus Germaniæ, Italiæ & aliarum provinciarum regni & imperii caret rege. Et principes Electores ratione jam dictæ inſtitutionis, habent eligere Regem ſeu Imperatorem, repræſentantes in hoc omnes principes & populum Germaniæ, Italiæ, & aliarum provinciarum & terrarum regni & Imperii, quaſi vice omnium eligendo, ut ex dicendis infra in cap. proximo plenius apparebit. Ergo concluditur, quòd electus per eos concorditer, ex electione hujuſmodi poteſt de jure gentium licitè nomine ac re ipſa regnare: quod non videtur aliud niſi nomen Regis aſſumere, ac jura & bona regni & Imperii adminiſtrare, ut prædixi. Et ex hoc jure gentium credo verificari dictum beati Hieronymi, dicentis, *quòd* (b) *exercitus facit Imperatorem*. ut patet in Can. 93. Diſtinction. c. legimus. Quia exercitus ſeu populus Romanus eo tempore repræſen-

(b) *Exercitus facit Imperatorem*) Scipio Africanus, cùm Hiſpaniæ populi maximas ibi & glorioſiſſimas res agenti, regnum virtutis admiratione deferrent, ſilentio per præconem facto, *ſibi maximum nomen Imperatoris eſſe* dixit, *quo ſe milites ſui appellâſſent, Regium nomen alibi* ma-

ſentavit totum populum Rom. imperio ſubjectum: unde etiam facere poterat Imperatorem. Sicut hodie principes Electores ratione dictæ inſtitutionis, populum hujuſmodi repræſentant. Secundo modo poteſt idem aliter probari, & ſic: Illud quod ſurrogatur & ſuccedit in locum alterius rei, debet retinere ac imitari jus & naturam illius rei, in cujus locum ſuccedit & ſurrogatur ut ff ſi quis caut l. ſi eum. §. qui injuria. ff. de condit. & demonſtrat. l filiæ §. Titiæ. ad idem. Ext. de vot. & vot. redemp. c. magnæ. §. cum igitur. de baptiſ. & ejus eff. c. majores, poſt princip. cum ſuis concordan. Et hoc etiam circumſcripto jure Canonico & civili, ſatis dictat ratio naturalis apud omnes. Non enim poſſet dici aliud propriè ſuccedere in locum alterius rei, ſi non haberet jus & naturam illius rei, in cujus locum ſuccedit & ſurrogatur, ut de ſe notum eſt. Et ſic illud videtur eſſe de jure gentium. Quod enim ratio naturalis dictat ſeu conſtituit apud omnes, illud eſt de jure gentium. ut ff. de juſt. & jur. l. omnes populi. & Inſtit. de jur. nat. gen. & civ. § quòd vero. Sed electio Regis & Imperatoris, quæ fit per principes Electores, ſucceſſit & ſubrogata eſt in locum ſucceſſionis generis, quæ per multa tempora fuit in regno & imperio, ut ſuprà dictum eſt in c. 2. Retinebit ergo illa electio jus & naturam ſucceſſionis generis. Sed indubitatum eſt, quod tempore ſucceſſionis generis in regno & imperio, filius ſtatim mortuo patre, ex ipſa generis ſucceſſione aſſumpſit

magnum, Romæ intolerabile. De quo nomine elegantiſſimè Syneſius περὶ βασιλείας, poſt alia ita concludens: ὁ δὲ αὐτοκράτωρ ὄνομα ϛρατηγίας ἐϛὶ πάντα ποιεῖν ὑπ' ϛάσεως. Verumtamen ut Imperatorem faciebant milites & Legiones; ita Senatus decreto ſuo addebat jus Proconſulare, Tribunitiam poteſtatem, jus quartæ relationis, & alia ſummi Principis privilegia, ut apud Spartianum, Lampridium, Trebell. Pollionem obſervamus.

(c) *Sim-*

pſit nomen regis, & adminiſtravit jura & bona ipſius regni & imperii in Italia, & in aliis provinciis regni & imperii: imò interdum ſimul cum patre adminiſtravit, ex ipſius patris diſpoſitione, ut ex ſuperius dictis in 2. cap. patet. Vel ſi non erat filius regi & Imperatori decedenti, tunc alius de genere decedentis ſuccedebat eidem in regno & imperio, nomen Regis aſſumendo, ac jura & bona ipſius regni & imperii, juxta conſuetudinem aliorum regnorum occidentalium, in quibus habet locum ſucceſſio generis, adminiſtrando, ut etiam ex ſuperius dictis ſatis apparet. Ergò ſimiliter etiam noſtro tempore electus à principibus Electoribus concorditer, ex tali electione quæ ſubrogata eſt in regno & imperio in locum ſucceſſionis, poteſt ſtatim licitè nomen Regis aſſumere, ac jura & bona regni & imperii adminiſtrare. Demùm id probabo ſpecialiter de adminiſtratione regni & imperii in Germania, ſcilicet quòd in ea poſſit electus à Principibus in concordia, ex electione hujuſmodi licitè adminiſtrare: dato etiam*, ſed non conceſſo, quòd in Italia hoc non poſſit, idque hoc modo. Nam apparet ex prædictis Chronicis omnibus, quòd poſtquam defecit ſucceſſio generis Caroli Magni in regno Germaniæ, Heinricus I. ex electione principum & natu majorum Germaniæ, ſtatim aſſumpſit nomen Regis; & adminiſtravit jura & bona dicti regni. Poſt hoc iterum deficiente ſucceſſione generis ejuſdem Heinrici in regno Germaniæ, inſtitutiſque certis principibus ad eligendum reges, Heinricus II. fundator eccleſiæ Babenbergenſis, ex electione ipſorum principum ſimiliter ſtatim aſſumpſit nomen Regis, & adminiſtravit jura & bona dicti regni. Et ſic deinceps (ut ex prædictis Chronicis apparet) id ipſum fecerunt alii eorundem Regum ſucceſſores, in Reges à principibus concorditer electi & aſſumpti. Circa verò aſſumptionem regii nominis, ſciendum eſt,

quòd Reges noſtri poſt diviſionem regni Francorum, ac ſubjugationem Italiæ (de quibus dictum eſt ſuprà cap. 2.) per multa tempora non ſe *Reges Romanorum*, ſed (c) ſimpliciter *Reges*, prout ex diverſis privilegiis per eos conceſſis colligitur, * ut plurimùm nominabant: interdum tamen ſe nominare (d) *Reges Francorum & Lombardorum*, juxta morem Caroli Magni conſueverunt: ut inter alia privilegia in Eccleſia Herbipolenſi habetur privilegium dicti Heinrici, cujus transſcriptum vidi, in quo idem Heinricus ante unctionem & coronationem imperialem, ſe rège Francorum & Lombardorum nominavit ſeu intitulavit. Cujus privilegii data eſt ſub anno Domini M IV. regni ſui III. Illo enim anno (ut refert hiſtoria Francorum) fuit ab Archiepiſcopo Mediolanenſi & ab illius regionis pri-

* al colle-gi.

(c) *Simpliciter Reges*) Ita & in nummis eorum & Francorum: *Karlus Lex*: *Hludovicus*, *Hlotharius Rex*: *Ottho*, *Henricus Rex*.

(d) *Reges*) Labefactato Imperio Romano, cùm à Germanis gentibus, Gothis, Longobardis, Francis ejus partes direptæ & occupatæ eſſent, nova regna in eis fuerunt conſtituta, REGISque nomen à novis dynaſtis uſurpatum, Cæſaris & Baſilei nomine faſtidito. Procopius lib. I. Gothicorum, de Theodorico, qui Romam & totam ferè Italiam obtinebat, καὶ βασιλέως μὲν τοῦ Ῥωμαίων οὔτε τοῦ σχήματος οὔτε τοῦ ὀνόματος ἐπιβατεῦσαι ἠξίωσεν, ἀλλὰ Ρὴξ καλούμενος διεβίω. οὕτω γὰρ σφῶν τοὺς ἡγεμόνας οἱ βάρβαροι νενομίκασιν. Quod & Suidas pro certo tritóque annotavit: Ρὴξ. Ρηγός: ὁ τῶν Φράγγων ἀρχηγός. Verum tamen & Græci hominis noſtris Principibus per æmulationem & invidiam, ſolemnem titulum Cæſaris, Auguſti, Imperatoris, βασιλέως, αὐτοκράτορος tribuere dedignantes, eos, non niſi Latinos, Francóſque & Alamannos, & Cæſarem noſtrum, ut novo ita inepto commento Ρῆγα Ἀλαμανίας ἢ Φραγγίας vocitare cœperunt, quod apud Nicetam, Gregoram, Cedrenum, & alibi ſubinde legimus. Unde factum eſt, ut à noſtris paria reponentibus viciſſim non aliter quàm Græcorum Reges aut Conſtantinopolitani Imperatores vocarentur. De qua re alibi.

(e) Pa-

Digitized by Google

primatibus in civitate (e) Papiæ in regno Lombardorum in regale ſolium collocatus. Eadem etiam intitulatione utebatur interdum Otho primus, ut (f) in Lauricenſis monaſterii privilegiis reperitur. Demum poſt multa tempora iidem Reges inceperunt nominare ſeu intitulare ſe *Reges Romanorum*, ex cauſis quas dicam infrà eodem cap. Et hæc nominis aſſumptio ſeu intitulatio, & non alia, hodie per eos obſervari conſuevit. Præterea ſatis patet ex Chronicis prædictis, quòd (g) Germania poſt diviſionem regni & imperii Francorum, de qua ſuprà in ſecundo capitulo dictum eſt, fuit regnum per ſe, ſicut regnum Galliæ occidentalis, quod hodie *regnum Franciæ* nuncupatur, eſt regnum per ſe.

(e) *Papiæ in regale ſolium*) Ut Aquiſgrani in ſolium regni Francorum ſive Germaniæ: de quo infrà Cap. x. lit. e.

(f) *In Lauricens. monaſterii privilegiis.*) Hunc locum in prioribus editionibus & plæriſque mſſ. deſideratum, ex uno veteri membranaceo reſtitui. Privilegium autem illud Othonis I. in Chronico Laurishamenſis Cœnobii, ex archivis Palatinis à nobis primùm edito, extat fol. 69. ita incipiens: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto DEI gratia Rex Francorum & Longobardorum, ac patricius Romanorum. Notum ſit omnibus tam præſentibus quàm futuris, qualiter ob amorem DEI & animæ noſtræ remedium, Abbatiam cœnobio Laureſham appendentem &c.* Subſcriptio autem hæc: *Signum domini Ottonis ſereniſſimi Imperatoris Auguſti. Luidolfus Cancellarius ad vicem Brunonis Archicapellani recognovi. Data* VII. *Kal. Febr. anno Incarnationis Domini 963. Indictione 6. regnante pio Imperatore Ottone, Anno 28. Actum Papiæ feliciter, Amen.*

(g) *Germania regnum per ſe*) Cujus etiam titulum nominatim Cæſares noſtri uſurpant: *Roman. Imp. Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ &c. Rex.* quod primum ex Cæſaribus Ottonem M. factitâſſe, Wimphelingius not. Epit. German. cap. 18. Neſcio quàm benè, quum jam tum Ludovicus Pii F. Magni N. audierit ſignanter REX GERMANIÆ; de quo Principe & nos peculiarem libellum meditamur.

ſe. Et hoc regnum Germaniæ Ludovicus frater Lotharii Imperatoris & Caroli regis Galliæ in portione hæreditatis obtinuit: & poſt mortem ejus tres filii ſui, ſcilicet Carolomannus, Ludovicus, & Carolus: quorum unus ſcilicet Carolus Italiam & imperium: & deinde poſt eum Arnulphus filius Carolomanni prædicti, Italiam cum imperio ſimiliter obtinuit. Quam Italiam Ottho primus Rex Germaniæ occupatam per Berengarium tertium poſteà recuperavit, eam ad poteſtatem regni Germaniæ reducendo, & Imperator factus eſt, ut viſum eſt in dicto capitulo ſecundo. Ex hoc autem non debet eſſe deterior conditio regni & imperii in Germania, quòd reges ipſius fuerint Italiam & imperium conſecuti: ſed melior. Virtutibus enim reges ipſius promeruerunt imperium ad hoc 28. q. 1 §. ex his. Virtutibus enim præmia debentur, ut C. de ſtatuis & imag. l. ult. & ff. de juſt. & jur. l. 1. in princip. unde diſpendia ex hoc ſequi non debent. ut Ext. de fidejuſſ. c. pervenit. Sed conſtat, ſi electus ad regnum & imperium non poſſet adminiſtrare jura & bona regni & imperii in Germania, ſtatim ex ipſa electione; ſed haberet ratione Italiæ, expectare nominationem & approbationem eccleſiæ Romanæ: conditio ipſius Germaniæ ex conſecutione Italiæ facta per Reges Francorum & Germaniæ, foret deterior. Magna enim poſſent diſpendia populo Germaniæ ex tali exſpectatione per guerras, ex quibus ſolent ſequi cædes hominum, rapinæ & incendia, interim generari, quæ per adminiſtrationem Regis de facili ceſſare poſſent, ut de ſe notum exiſtit. Quare concluditur, quòd electus concorditer à Principibus, dato etiam quòd in Italia non poſſet adminiſtrare, id tamen in Germania facere poterit & debebit. Nec obſtat, ſi juxta præmiſſam ſuppoſitionem dicatur, quod licet electus in Regem à principibus poſſit adminiſtrare in Germania, conſide-

Digitized by Google

ſiderata ipſa Germania per ſe, & hoc ex electione Principum electorum: tamen ratione Italiæ, cui accedere videtur Germania, id non poterit ex electione hujuſmodi, ſed potius ex Eccleſiæ Romanæ approbatione, ut ſic acceſſorium ſortiatur naturam ſui principalis. Ext. de reg. jur. c. acceſſorium in 6. cum concord. ibi notatis. Unde etiam ex hoc electus à Principibus non Rex Germaniæ ſed *Rex Romanorum* appellatur: quod videtur fieri ratione Italiæ, in qua ſita eſt Roma. Quia dico ad hoc reſpondendo, quòd Germania ſeu regnum Germaniæ non eſt, nec fuit acceſſorium regno Italiæ, ſed potius econtrà regnum (h) Italiæ fuit & eſt acceſſorium regno Germaniæ: regnum enim Italiæ etiam poſt diviſionem regni Francorum, dum adhuc regnum Germaniæ erat regnum de genere Caroli Magni, obtinuerunt duo reges Germaniæ, ſcilicet Carolus tertius & Arnulphus: ipſumq; regnum Italiæ Ottho primus aliquandiu regno Germaniæ vi ablatum recuperavit: ut patet ex dictis ſuprà in cap. 2. (i) Reges verò Italiæ, cui ante tempora Caroli Magni præfuerunt Lombardi, nunquam regnum Germaniæ vel Francorum ſibi (ut ex dictis Chronicis apparet) ſubjugaſſe noſcuntur. Quòd autem electus à principibus in Regem, *Rex Romanorum* appellatur: id non eſt factum ratione Italiæ, cùm ipſa regno Germaniæ acceſſerit, ut dictum eſt: ſed credo id introductum eſſe, cum propter

Italia accedit Germania.

(h) *Italia eſt acceſſorium*) Agnovit Guido Comes Blandratenſis apud Gunthcrum Ligurini lib. 8. vid infrà ad Cap. VII. lit. a.

(i) *Reges Italiæ nunquam*) A declinatione quidem illa Imperii, poſt irruptiones Gothorum, Longobardorum. Stante enim illo ſub Cæſaribus priſcis magna hodiernæ Germaniæ pars, ad Danubium & Rhenum uſque, ad Provinciæ formam Imperium Romæ agnoſcebat, ſub nomine Rhætiarum Norici, Pannoniæ, Germaniæ primæ & ſecundæ, Belgicæ primæ & ſecundæ, Sequanicæ, Helvetiæ.

pter reverentiam ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, quæ omnium Eccleſiarum magiſtratum & primatum obtinet: ut patet 21. Diſtinction. c. quamvis. 22. diſtinction. c. 1. & 2. & Ext. de ſum. trin. & fid. cath. c. damnamus, cum ſimilibus. Unde etiam Imperator aſſerit (k) Papam ſenioris Romæ primum eſſe omnium ſacerdotum in Auth. de Eccleſiaſt. tit. in princip. collat. 9. Tum etiam propter (l) honorem Urbis Romæ, cujus populus olim tenuit monarchiam Imperii, ſed poſteà tranſtulit ipſum imperium in Imperatorem, ut patet ff. de orig. jur. l. 2. §. noviſſimè & Inſtit. de jur. nat. gent. & civil. §. ſed & quòd principi. Id autem quod dixi

(k) *Papam ſenioris Romæ*) Amm. Marcellin. lib. 15. De Liberio Papâ loquens, ſub Conſtantio Imp. *Id enim ille licet ſciret impletum, tamen authoritate, qua potiuntur æternæ Urbis Epiſcopi, firmari deſiderio nitebatur ingenti.* Theodoſius & Valentinianus. AA. Novell. xiv. *Cùm ſedis Apoſtolicæ primatum S. Petri (qui Princeps eſt Epiſcopalis coronæ) meritum, & Romanæ dignitas civitatis, ſacræ etiam Synodi firmaverit auctoritas.* Cujus exemplo par prærogativa Novæ Romæ data, *Regiæ Urbis intuitu*, ut Leo & Anthemius Impp. loquntur in l. 6. & 15. in fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.

(l) *Honorem Urbis Romæ*) Quæ orbis caput, terrarum Dea gentiumque, mater regnorum, τῆς οἰκουμένης ἐπίτομὴ audiebat. De qua vetus carmen:

Roma tuum nomen terris fatale regundis.

Et ut Claudiani verbis multa magnaque compendio dicamus.

Quæ nihil in terris complectitur altius æther:
Cujus nec ſpatium viſus, nec corda decorem,
Nec laudem vox ulla capit. Quæ luce metalli
Æmula vicinis faſtigia conſerit aſtris.
Quæ ſeptem ſcopulis zonas imitatur olympi.
Armorum legumq́; parens: quæ fundit in omnes
Imperium, primúmque dedit cunabula juris.
Hæc eſt exiguis quæ finibus orta, tetendit
In geminos axes, parvaque à ſede profecta
Diſperſit cum ſole manus. ———

Hinc

dixi de adminiſtratione regni & imperii in Germania, idem dico de adminiſtratione regni & imperii in Gallia Belgica, ſeu regno quondam Lotharii, ſito inter Moſam & Rhenum fluvios, de quo regno fit mentio in canone 63. Diſtinct. c. porrò. Hoc enim (m) regnum Lotharienſe poſt mortem Lotharii regis, filii Lotharii Imperatoris, de quo multotiens fit mentio in Decretis (ut dixi ſuprà in capitulo ſecundo) Ludovicus rex totius Germaniæ, & Carolus rex Galliæ occidentalis, fratres æqualiter inter ſe diviſerunt ſub anno Domini DCCCLXXI. Poſt hujus verò Ludovici mortem variis contentionibus ſuper eodem regno inter reges Germaniæ & Galliæ habitis, Ludovicus & Carolus adoleſcentes, regis Caroli prædicti nepotes, portionem dicti regni Lotharii, Ludovico regi orientalis Franciæ, filio regis Ludovici jam dicti ex integro conceſſerunt. Poſteà verò deficiente genere Caroli magni in regno Germaniæ, quidam Rex Galliæ occidentalis prædictæ, Carolus nomine, Heinrico, qui primus de natione Saxonum cœpit regna-

Hinc ſuperba illa vox Romæ, cùm leges ab Henrico ſeptimo Imp. die coronationis ſuæ editas confirmaret, apud Urſpergenſem: *Ego coronarum corona confirmo Principi poteſtatem, eique ſubjicio civitates, gentiumq; nationes. Tueantur aquila gloriam meam.* Et in ſigillo Karoli IV. Imp. qua Bullam auream illam aliáque diplomata obſignata vidi, Roma urbs expreſſa cernitur hoc elogio:

Roma caput mundi. regit orbis frana rotundi.

(m) *Regnum Lotharienſe*) Aliud à regno Burgundiæ, itémque à Regno Arelatenſi: quæ omnia olim Imperium recognoſcebant. Vid. infr. Cap. x. lit. d. Ejus minima pars olim fuit, quæ hodiè *Lotharingia*. Et omninò Lotharingia dupliciter ſumitur; modò latè pro eo toto, quod Lotharii olim fuit regno, quo modo interdum Hiſtorici Coloniam, Leodium, aliáque loca in Lotharingiâ ſtatuunt; modò ſtrictè pro eo Ducatu in Imperio, qui hodiè in confinio Alſatiæ, Treverorum & Galliæ medius interjacet.

Cap. VI. Hoc

regnare in Germania apud Bonnam, confœderatus eidem Heinrico ſub anno Domini DCCCCXXIV. reddidit dictum regnum. Deinde poſt mortem ejuſdem Heinrici, variis diſcordiis contra Otthonem primum, filium dicti Heinrici, per Lotharienſes habitis, tandem ſub anno Domini DCCCCXLV. regnum Lotharienſe totum fuit ad dictum regem Otthonem converſum. Et ex tunc omnes Reges Theutonici Belgicam Galliam ac regnum hujuſmodi ſine qualibet contradictione tenuerunt, prout hæc in prædictis Francorum & Godfridi Chronicis plenius enarrantur. Idem etiam ex cauſa prius dicta de omnibus aliis provinciis & terris quæ tempore diviſionis fuerunt adjunctæ regno Germaniæ, vel quæ poſt diviſionem regni Francorum prædictam regno Germaniæ in citramontanis partibus acceſſerunt, intelligo repetitum; ſcilicet quòd ſint de imperio eodem jure, quo & regnum Germaniæ.

CAPVT VI.

Quòd electus in Regem ſeu Imperatorem à Principibus etiam in diſcordia, dummodò ſit electus à majori parte ipſorum, poteſt ex tali electione, licitè nomen Regis aſſumere, ac jura & bona regni & imperij in provincijs ſubjectis regno & imperio adminiſtrare: & eſt ſecundus Articulus.

SEcundus verò articulus talis eſt. *Electus in Regem ſeu Imperatorem Romanorum à Principibus electoribus, etiam in diſcordia, dummodò ſit electus à majori parte ipſorum numero, poteſt ex tali electio-*

Cap. VI.) Hoc caput, & ſequens, citatur à Iohanne Andreâ, præceptore & promotore noſtri Auctoris, in Notis ad Speculator. Tit. de reſcript. præſent. §. ult. verſic. *Item quod eſt obtentum ab Imp. nondum coronato vel inſulato* num. 18. ubi ita notat in verbo *Electione*: *Quam faciunt*

Digitized by Google

electione licitè nomen Regis aſſumere, ac jura & bona regni & imperij tàm in Italia quàm in cæteris provincijs & terris ejuſdem regni & imperij adminiſtrare. Circa hujus articuli probationem ſciendum eſt, quòd ipſius veritas videtur poſſe probari per c. Venerabilem. Ext. de elect. hoc modo: Ottho enim & Philippus, de quibus loquitur dictum capitulum, fuerunt electi in diſcordia ad Reges Romanorum. Et licet papa Innocentius tertius reputaverit & nominaverit Otthonem Regem, non tamen approbavit ſeu confirmavit perſonam ipſius, vel electionem ſuam: quod patet ex eo, quòd reſeruavit contradictoribus jus & poteſtatem opponendi contra perſonam & factum electionis ſuæ, ut patet in prædicto capitulo, verſ. eos igitur: ut etiam ibi notat Innoc. & Hoſtienſis. Sed monuit Principes, ut recederent à Philippo, quem reprobarat: & adhærerent Otthoni, donec aliquid eſſet objectum vel oſtenſum contra perſonam vel factum ipſius, ut in prædicto verſ. eos igitur. Et hoc Papa

faciunt ut ſinguli, non ut collegium, ſecundùm Hoſt. ut ſcripſi in C. venerabilem §. quod autem ſuper. ver. vel noluerint. *Hoc improbat Lupuldus per me jam dudum doctoratus, in ſuo tractatu de juribus regni & imperii Romanorum, c.* VI. *& ibi in c.* VII. *tractat. materiam hujus verſ. Illud autem improbat illâ potiſſimâ ratione: quia hi, quibus hi Principes ſucceſſerunt, eligebant ut collegium, & univerſitas conſiſtens, ſcilicet ex Principibus & univerſo populo ſubjecto Romano Imperio: vel eligebat exercitus, illam univerſitatem repræſentans ut ſequitur. Et vide concordantias de re jud. ad apoſtolica lib.* VI. *ſingl. pe. Ergo jure collegiato utuntur ut illi: cùm numerus minor ſeptenario teneat collegium, de elect. cap.* 1. *Pro eo facit regula, is qui in jus, de reg. jur. lib. 6. Dicit etiam per eos ſic ſervari, quia primò conveniunt more collegiorum in villâ Reyſe Treverenſis diœceſis, ad ſtatuendum diem electionis, communiter faciendæ per ipſos in oppido Francfort, concludens per prædicta: valere electionem factam à majore parte talis collegij, cùm id ſit collegiis regulare. & adde, quòd ſtatim dicam* Hæc ille.

Papa fecit ex eo, quòd Otthoerat electus à majori parte principum, & coronatus ubi debuit, & à quo debuit, ut ibi notat Innocent. & Hoſt. Et ſic, quia Papa conſuluit per prædictam monitionem, quòd Ottho pro Rege haberetur, donec aliquid contra perſonam, &c. (ut etiam dictum eſt) patet ex hoc, quòd electus à majori parte Principum, ſaltem poſt coronationem Aquiſgrani habitam, citra approbationem Papæ, ex ipſa electione poteſt adminiſtrare, donec contra perſonam ſuam vel factum electionis aliquid objectum fuerit vel oſtenſum Sed quia hæc probatio eſt ex mero jure poſitivo, quod ponitur & deponitur, idcircò huic probationi non innitor: ſed veritatem hujus articuli aliter probo, ut infrà dicam. Item ſciendum eſt, quòd Hoſtienſis notat Ext. de electione. c. Venerabilem. in gloſſa, hæc alternatio: *quòd electio pertinet ad principes Electores: non* (a) *tanqu.m collegium, ſed tanquam ad ſingulares perſonas.* Sed ego (ſalva reverentia tanti viri) non credo hoc verum, Credo enim quod ad eos pertinet talis electio, tanquam ad collegium, ſeu ad univerſitatem: cujus ratio eſt, ſi inſti utio principum Electorum non eſſet facta, (b) omnes principes & alij repræſentantes populum ſubjectum Romano regno & imperio, eo vacante haberent eligere Regem & Imperatorem de jure gentium, ut patet ſuprà cap. proximo. Ex quo ergò certi Principes ſunt inſtituti ad eligendum Regem & Imperatorem, ipſi cenſentur eligere vice & auctoritate univerſitatis principum, & populi prædictorum. Ac proinde habenda eſt eorum electio, ac ſi to-

(a) *Tanquam ad collegium*) Eadem eſt ſententia Petri de Andlo lib. 2. cap. 13. pag. 85. Et HenniugiGædeni conſ. 1. quod eſt de coronatione Caroli V. Imp.

(b) *Omnes Principes haberent*) Quod & aliquandiu facere ſoliti ſunt Vide quæ notavimus ſuprà ad pag. 23.

(c) *Villa*

Digitized by Google

ſi tota univerſitas principum & populi hujuſmodi eam feciſſet, ut probat textus ff. quod cujuſque univerſ. nom. l. item eorum §. ſi decuriones. & Extr. de præb. c. ult. reſp. primo, lib. 6. Non poterit igitur dici, quòd electio talis pertineat ad eos, ut ad ſingulares: ſed potius ut ad collegium, ſive ut ad univerſitatem omnium principum & populi antè dicti. Et hoc etiam interpretatur conſuetudo eſſe verum. Nam ipſi vacante regno & imperio juxta conſuetudinem antiquam, hactenus circa hoc obſervatam, conveniunt in (c) villa Remis, * Trevirenſis diœceſis, ubi more aliorum collegiorum vel univerſitatum, ſtatuitur terminus ad electionem Regis Romanorum, in oppido Franckfurt per eos communiter faciendam. Hoc præmiſſo, hujus articuli veritas ſic probatur: In omni univerſitate, id quod fit à majori parte illorum de univerſitate, valet ac perinde habendum eſt, ac ſi factum eſſet per omnes de univerſitate. Et hoc quaſi ratio naturalis dictat apud omnes. Quia cum homines ex natura ſint faciles ad diſſentiendum, ut ff. de arbit. l. item ſi unius. §. principaliter. niſi ſtaretur in factis univerſitatum majori parti, nihil poſſet per univerſitates perfici vel finiri, quod eſſet abſurdum. Et ſic iſtud circumſcripto omni jure Canonico & civili, videtur eſſe quaſi de jure gentium: per l. omnes populi ff. de juſt. & jur. Hoc etiam probatur jure Canonico & civili prædictis: ut ff. ad municip. l. quod major. 56. Diſtinct. c. apoſtolica Ext. de elect. c. cum inter Canonicos. in princip. & de his quæ fiunt à majori parte capituli c. cum ſimilibus. Sed in caſu noſtro, quando principes Electores eligunt

* *Leg. Reinſſe.*

(c) *Villa Remis*) *Reyſe* eſt apud Iohan. Andream: legendum, *Reinsſe*, quod nomen hodie retinet. De qua plura notavimus ad Andloum pag. 80.

eligunt Regem ſeu Imperatorem Romanorum, talis electio cenſetur eſſe facta per univerſitatem omnium principum & populi ſubjecti regno & imperio, ut jam dictum eſt. Ergò electio quæ ſit à majori parte ipſorum, valet: ac perinde habenda eſt ac ſi facta eſſet per omnes eos concorditer. Sed quando in concordia omnes eligerent, electus ex tali concordi electione poſſet licitè nomen Regis, &c. ut ſuprà in capitulo præcedenti plenè probatum eſt. Ergò & in caſu noſtro, ſcilicet quando quis electus eſt à majori parte ipſornm principum Electorum, poterit ſimiliter ex tali quaſi concordi electione, licitè nomen Regis aſſumere, ac jura & bona regni & imperij in Italia, & in alijs provincijs regni & imperij adminiſtrare.

CAPVT VII.

Quòd Rex Romanorum, poſt electionem concordem, vel à majori parte Principum de ſe factam, habet eandem poteſtatem in Italia, & in cæteris provinciis, regno & imperio ſubjectis, quam & Imperator. Et eſt tertius articulus.

TErtius autem articulus eſt talis: *Rex Romanorum poſt electionem concordem, vel à majori parte ipſorum numero principum Electorum de ſe factam, habet* (a) *eandem poteſtatem in Italia, & in cæteris provincijs regno & imperio ſubjectis, quam & Imperator.*

(a) *Eandem poteſtatem in Italiâ*) Quæ non niſi acceſſorium eſt Imperii Teutonici, ut ſuprà dixit pag. 61. Et regnum Germaniæ principalior pars fuit Imperii Francorum, ut ſuprà dixit pag. 34. In hoc igitur quisquis Rex electus fuit, eum quoque cætera membra accipere debuerunt. Agnovit hoc Guido Comes Blandratenſis inter Ligures, apud Guntherum ita loquens, Ligurini lib. 8,

Et

tor. Ad hujus articuli probationem primò ſciendum eſt, quòd Carolus Magnns, in cujus perſonam de Græcis (ut ſæpe dictum eſt) tranſlatum fuit imperium: ante unctionem & coronationem imperialem, (ut etiam ex ſuperius dictis in primo capitulo patet) præter regnum Francorum, quod protendebatur ab Aquitania uſque in Bauariam, quod ex paterna ſucceſſione obtinuit, ſibi ac regno eidem Italiam, Saxoniam, Friſiam, Waſconiam, terram Hunnorum, & plures alias provincias ac terras bello licito ſubiugavit: de eiſdem provincijs ac terris, ante unctionem & coronationem imperialem, ſicut & poſt, eas pro ſuo arbitrio diſponendo, ac in eis poteſtatem & juriſdictionem plenariam exercendo. Et idem faciebat Otho primus, qui Italiam per tyrannos longo tempore occupatam reduxit ad regnum, & regni Germaniæ poteſtatem: de ea ſimiliter ſicut de Germania, & cæteris provincijs & terris quas obtinuit ante unctionem & coronationem imperialem, libere

——— Et rectò (liceat modò vera fateri)
Ordine res agitur, Reges Alemannia nobis,
Urbibus Italicis leges & jura daturos,
Mittere ritè ſolet: poſtquam de partibus illis
Carolus, & Magni regnum ſurrexit Othonis;
Auſoniâque frui Reges cœpère coronâ
Teutonici, quorum tutò contemſimus ante
Reſpuimusque jugum.———

Et lib. 1. Teutonici proceres apud Francofordiam congregati, ut magnanimè ita verè hoc jactant:

Ex quo Romanum noſtrâ virtute redemtum,
Hoſtibus expulſis ad nos juſtiſſimus ordo
Tranſtulit Imperium, Romani gloria regni
Nos penes eſt. quemcunque ſibi Germania Regem
Præficit, hunc dives ſubmiſſo vertice Roma
Suſcipit, & verſo Tiberim regit ordine Rhenus.

rè diſponendo, prout ex Euſebij, Francorum, & Godfridi Chronicis prædictis evidentius colliguntur: ut etiam viſum eſt ſuprà cap 2. Nec reperitur ſcriptum in dictis Chronicis & (b) hiſtoriis, vel etiam in aliis ſcriptis, quæ videre potui, quòd dicti Carolus & Otho ex unctione & coronatione imperiali aliquas provincias vel terras de novo fuerint aſſecuti. Nec etiam hoc tempore regnum & imperium habet plures provincias & terras quàm ijdem Carolus & Ottho ante tempora ſuarum unctionum & coronationum habuerunt, ſed longè pauciores. Et hoc cùm propter diviſionem regni Francorum, de qua ſuperius in capit 2. eſt dictum, tùm etiam propter diſcordes electiones, quæ de Regibus & Imperatoribus, à tempore inſtitutionum principum Electorum interdum factæ noſcuntur, ex quibus plurima regno & imperio diſpendia noſcitur contigiſſe. Item ſecundò ſciendum eſt quod duplex eſt poteſtas Regis ſeu Imperatoris Romanorum. Quædam eſt poteſtas adminiſtrationis bonorum & jurium regni & imperij, quæ conſiſtit in recipiendis juramentis fidelitatis à ſubditis, in con-

Imperatoris poteſtas duplex.

(b) *Dicti Carolus & Otho.*) Qui ſanè, ſi verum amamus, ut MAGNI nomen commune habuerunt, ita pares & æquales virtute fuerunt, & Romanum Imperium ſuæ genti pepererunt, ille Francis, hic Saxonibus, Germanis utriſque. Itaque hos ceu pares meritis, conjungere ſubinde amat etiam Guntherus, ut lib. 7.

—— Et antiquis à Regibus edita jura,
Quæ cum legifero ſtatuit reverendus Othone
Carolus.

Et lib. 8.

Sed veterum leges edictaq́ regia longo
Juſticio ſuppreſſa ſilent, quæ Carolus olim,
Quæ noſter vulgavit Otho.

Et ibidem:

Carolus & Magni regnum ſurrexit Othonis.

(c) *Re-*

conferendis feudis & in exercendo juriſdictionem temporalem, per ſe vel per alios. Nomine enim adminiſtrationis continetur juriſdectio, ut C. ad leg. Iul. repet. l. ſanctiums. canonizata. 1. q. 7. c. ſancimus. & C. eod. tit. l. jubemus, canonizata. 1. q. 2. c. jnbemus. cum concordan. ibi notatis per Archidiaconum. Item conſiſtit etiam in recipiendis tributis & obuentionibus regni, & in alijs regni & imperij negitijs diſponẽdis. Quædam verò eſt alia poteſtas ex ercendia ctus Imperatori reſervatos de jure, quæ cõſiſtit in legitimandis illegitimis, quo ad temporalia, in reſtituendis infamibus ad famam, in creandis tabellionibus, & in milibus: de quibus notatur aliquid per Innocẽtium & Hoſti enſem, Extr. de fide inſtrum c. cum præ. Item notandum eſt tertiò, quòd ſi teneamus ſecundum Chronica Martini, & etiam gloſſam Bernhardi, Ext. de elect. c. venerabilem. quòd per Stephanum Papam ſecundum ſit facta translatio imperii de Græcis in perſonam Caroli Magni; tunc de facili patere poteſt veritas hujus articuli, hoc modo. Si enim idem Stephanus tranſtulit imperium in perſonam ipſius Caroli, certum eſt quòd id fecit citra omnem unctionem & coronationem imperialem. Fuit enim idem Carolus poſt hoc multis annis lapſis per Leonem Papam tertium unctus & coronatus in Imperatorem, ut patet ex omnibus Chronicis prædictis. Unde ex ipſa tranſlatione impeii, per eundem Stephanum facta, pateret quòd Carolus fuit Imperator citra omnem unctionem & coronationem imperialem; ſed nominationem Imperialem duntaxat conſequebatur per unctionem & coronationem hnjuſmodi. Et ſic ex conſequenti etiam hodie ratione dictæ tranſlationis, eo ipſo quòd quis eſt rex, ſtatim eſt Imperator: Sed nominabatur Imperator poſt unctionem & coronationem imperialem. Et ſic patet ex ipſa tranſlatione, quòd Rex Romanorum

habet

habet eandem poteſtatem, quam & Imperator. Sed quia (ut dixit ſuprà in cap 3.) ego credo, quòd per Leonem Papam prædictum petente & imperiales laudes adclamante populo Romano fuerit facta dicta tranſlatio, tempore unctionis & coronationis ipſius Caroli in Imperatorem: idcircò prælibati articuli veritatem aliter probo, ut ſtatim dicam. His præmiſſis, dico quòd ſatis patet ex his quæ dicta ſunt in duob. capitulis præcedentibus, quòd Rex Romanorum poſt electionem concordem principum Electorum, vel à maiori parte ipſorum de ſe factam, habet eandem poteſtatem, quoad primam poteſtatem præmiſſam, in provincijs ſubjectis regno & imperio, ſcilicet quo ad poteſtatem adminiſtrationis bonorum juriumque regni & imperii, quam habet Imperator. Ex quo enim ipſe (ut ex dictis in duobus proximis præcedentibus capitulis patet (poteſt ex electione Principum in concordia, vel à majori parte ipſorum de ſe facta, ſtatim adminiſtrate jura & bona regni & imperii, in provinciis eidem regno & imperio ſubjectis; & hanc eandem poteſtatem habet etian, poſtquam factus eſt Imperator, ut de ſe notum exiſtit: ergò concluditur, quòd Rex poſt electionem concordem principum, vel à majori parte ipſorum de ſe factam, habet eandem poteſtatem adminiſtrationis in provinciis ſubjectis regno & imperio, quam habet Imperator. Item etiam poteſt aliter probari, & hoc modo: Is qui ſuccedit in locum alterius, debet uti eo jure, qua ille uſus eſt in cujus locum ſuccedit. ut ff. de diverſ. & temp. præſcript. l. cum hæres. & ff. de regulis juris l. qui in jus. & Ext. eodem titulo. c is qui in jus, libro 6. cum multis concord. ibi notatis. Et hoc etiam ſatis dictat æquitas, ſeu ratio naturalis apud omnes. Non enim ſucceſſor poſſet dici plenè, ac propriè ſucceſſor, eſſe, ſeu ſuccedere in jus prædeceſſoris, ſi non uteretur eo jure,

Succeſſio iuris.

jure, quo ille uſus eſt. Unde etiam poteſt dici, hoc eſſe quodammodo de jure gentium, ut ff de juſtitia & de jure. l. omnes populi. Sed Rex Romanorum ex electione principum Electorum in concordia, vel à majori ipſorum parte de ſe facta, ſuccedit in locum Caroli Magni & Otthonis primi, ſaltem quo ad Italiam, & alias provincias, quę adhuc ſunt de regno & imperio. Et hi duo (ut etiam ex prius dictis patet) in Italia & aliis provinciis regni, ante unctionem & coronationem imperialem, plenariam poteſtatem adminiſtrationis exercebant ut Reges, quam poſt unctionem & coronationem hujuſmodi exercebant ut Imperatores: nec aliquas provincias vel terras de novo ex dictis unctione & coronatione conſequebantur: nec etiam hodie regnum & imperium habet plures provincias vel terras, quàm tunc habuerit Carolus vel Ottho, ut prædictum eſt. Ergo Rex Romanorum ex electione concordi, vel à majori parte principum Electorum de ſe facta, ſuccedens in locum Caroli & Otthonis prædictorum, habet plenam poteſtatem quo ad adminiſtrationem regni in Italia, & in aliis provinciis regni ante unctionem & coronationem imperialem, ut Rex, quam etiam poſt unctionem & coronationem habet hujuſmodi Imperator. Viſo ergo quòd Rex poſt electionem concordem à principibus, vel à majori parte ipſorum de ſe factam, habet eandem poteſtatem, quoad primam poteſtatē, ſcilicet adminiſtrationes bonorum & jurium regni & imperii, in provinciis regno & imperio ſubjectis, quam habet Imperator: reſtat illud idem probare, quo ad aliam poteſtatem, ſcilicet quo ad poteſtatem imperialem, exercendi ſcilicet actus Imperatori reſervatos à jure. Et hoc probatur ſic, Licet reges etiam in ſuis regnis non habeant poteſtatem imperialē, exercendi actus reſervatos à jure, cum populus Romanus jus & poteſtatem imperii non in Reges, ſed in Im-

peratores tranſtulerit, ut ff. de origi. jur. l. 2. § noviſſimè Inſtit. de jure nat. gent. & civil. §. ſed & quod principi. & ff. de conſtit princ. l. 1. ſecundum ea etiam quæ notat. Hoſtienſis in Summa de cenſ. §. ex his cauſis, verſ. ſed nunquid Rex Franciæ. Tamen conſuetudo generalis eſt omnium regnorum occidentalium, à tempore cujus contrarii non eſt memoria hominum, hactenus obſervata, quòd (c) Reges ipſorum in ſuis regnis, & quo ad ſuos ſubditos exercent actus reſervatos à jure Imperatori. Merum enim & miſtum imperium in ſuis regnis exercent: quod tamen qualiter fieri poſſit ex conſuetudine, dicam infrà in capitulo 15. Infames etiam in eiſdem ſuis regnis ad famam reſtituunt, tabelliones creant, vectigalia recipiunt & concedunt, & his ſimilia. Quæ conſuetudo ex quo eſt tanto tempore, cujus contrarii non eſt memoria, obſervata, valet & eſt licita, ut etiam probari poteſt jure canonico, Ext. de verb. ſig. c. ſuper quibuſdam; ubi patet, quòd vectigalia introducta ex conſuetudine, à tempore cujus non extat memoria, licitè recipi poſſunt. Et etiam jure civili: ut patet ff. de pollicitat. l. Imperatores. §. finali: ubi dicit, tolerabilia vectigalia quæ vetus conſuetudo comprobat. Et tamen conſtat, quòd de jure non ſunt concedenda vectigalia inconſulto principe, ut C. nov. vect. inſt. non poſ. l. non ſolent. Etiam de auctoritate præſidis, ut C. eodem tit. l. 1. vel decreto civitatis,

Vectigalia.

(c) *Reges in ſuis regnis*) Abbas in c. pervenit, num. 13. De immun. Eccleſ. aſſerit, quòd Imperii jura uſurpaverint Reges, eáque præſcripſerint: & alibi dicunt, quòd de facto tenent in Regnis ſuis locum Imperatoris. Sed Oldradus conſ. 68. & alibi defendit, eos jure optimo niti, quia priùs fuerunt in omni populo Reges, quàm Cæſares in Romano. Imò quod & majorem poteſtatem nanciſcantur in regnis ſuis, quæ plætique tranſmittunt ad filios, quod Imperator non poteſt, ait Curt. jun. conſ. 1. num. 30.

(d) *Rex*

tatis, ut eodem tit. l. vectigalia. Hanc autem conſuetudinem generalem regnorum occidentalium Reges Romanorum ante unctionem & coronationem imperialem, à tempore cujus contrarii non eſt memoria, uſque ad hæc tempora (ut notorium eſt) in provinciis & terris regno & imperio ſubjectis, etiam ſervaverunt. Quare concluditur, quòd Rex Romanorum poſt electionem à principibus in concordia, vel à majori parte ipſorum de ſe factam, ex eadem conſuetudine quæ valet & licita eſt (ut prædixi) habet eandem poteſtatem exercendi actus à jure reſervatos Imperatori, in provinciis & terris ſubjectis regno & imperio, quam habet poſt unctionem & coronationem imperialem factus Imperator. Patet igitur ex omnibus præmiſſis, quòd Rex Romanorum poſt electionem à Principibus vel à majori parte ipſorum de ſe factam habet eandem poteſtatem tàm adminiſtrandi jura & bona regni & imperii, quàm etiam exercendi alios actus qui de jure ſunt Imperatori reſervati; & hoc in provinciis & terris regno & imperio ſubjectis; quam habet poſt unctionem & coronationem imperialem factus poſteà Imperator. Prætereà ſi dicamus, quòd ex tranſlatione imperii in Carolum Magnum regem Francorum, & ex diviſione ipſius regni Francorum, poſt eandem tranſlationem facta (de quibus dictum eſt ſuprà in c. 1. & 2.) (d) Rex Galliæ occidentalis, qui hodie *Rex Franciæ* nuncupatur, ſit exemptus ab imperio, & quòd habeat eandem poteſtatem

(d) *Rex Galliæ Occidentalis*) Cujus regnum jam inde à diviſione poſteritatis Carolinæ, ſeparatum eſt à regno Germanico ſive Imperio, ut ad Andloum notavimus pag. 78: *Noſtra jam neſcia legis Gallia*, ait Ligurinus. Patet id ex epiſtolâ quadam Fulconis Epiſcopi ad Arnulphum Imp. quam ex Frodoardo excerptam Papirius Maſſonus ponit lib. 2. Annalium, pag. 173. *De eo quoq;*, inquit, *quòd ſine ipſius Arnulphi conſilio præſumpſerint hoc agere, morem Francorum gentis aſſerit ſecu-*

tem in regno ſuo ex tranſlatione & diviſione hujuſmodi, quam habet Imperator in imperio, ſicuti multi hodie & præcipuè Francigenæ dicunt, pro quibus facit Ext. qui filii ſint legit. c. per venerabilem verſ. inſuper cum Rex. Tunc etiam haberemus ſecundum hoc dicere, quòd Rex Romanorum, qui eſt Rex Germaniæ & Galliæ Belgicæ ſive orientalis, ac Italiæ & aliarum provinciarum regni & imperii, poſſit in iiſdem provinciis prætextu prædictarum tranſlationis & diviſionis, actus Imperatori de jure communi competentes & reſervatos, licitè exercere. Omnes enim prædictæ provinciæ in diviſione hujuſmodi venerunt, ut in prædictis Euſebii, Francorum, & Godfridi Chronicis con-

tinen-

tos ſe fuiſſe: quorum mos ſemper fuit, ut Rege decedente alium de regiâ ſtirpe vel ſucceſſione, ſine reſpectu vel interrogatione cujusquam majoris aut potentioris Regis eligerent. Hoc more hunc Regem factum &c. In c. per venerabilem. Ex. qui fil. ſint legit. dicitur, *quòd Rex Franciæ de facto non recognoſcit ſuperiorem.* Sed neque de jure, ait Oldrad. de conſ. 69. cir. fin. Et quòd in regno ſuo ſit Imperator, diſſerit Dec. conſ. 269. & 270. & 300. Et extat tractatus peculiaris ſuper hac quæſtione Johannis Ignei, An Rex Franciæ recognoſcat Imperatorem. Interea verò ſumma & arctiſſima conjunctio, fœdúsq; fraternum inter Imperium & Franciæ regnum ab antiquo ſemper fuit, & perpetuùm maneat opto. In quam rem libenter adſcribo verba Franciæ Regis ad Fridericum Cæſ. apud Petr. de Vineis lib. 1. cap. 12. *Tenuit hactenus indubitanter noſtra fiducia, quòd inter Imperium & regnum noſtrum longo temporis tractu mutuâ dilectione firmatâ, nulla poſſit exoriri materia, odium & ſcandalum paritura. Cùm prædeceſſores noſtri felicis memoriæ Reges univerſi uſq; ad tempora noſtra honorem Imperij & ſublimitatem zelaverint, & nos, qui poſt ipſos DEO volente regnamus, in eodẽ propoſito teneamur. Nec non antiqui Romani Imperatores & noſtri proximi, unum & idem Regnum & Imperium æſtimantes, unitatem pacis & concordiæ ſervaverunt, & inter eos alicujus diſſenſionis ſcintillula non illuxit.* Et viciſſim ipſe Fridericus non diſſimulat de *amicitiæ fœdere, quod & vos* (ait) *& progenitores noſtros, & nos vobiſcum habuiſſe ſuaviter rememoramus illæſum.* apud eundem lib. 1. cap. XVIII.

(c) Ca-

tinentur. Hæc autem opinio videtur habere quandam probabilitatem ex duobus, primò ex eo, quòd (ut dixi ſuprà in capite primo & tertio) imperium fuit tranſlatum de Græcis ad Reges Francorum. Quod etiam circumſcriptis Chronicis poteſt probari ex eo, quia certum eſt, quòd tranſlatio imperii fuit realis non perſonalis, licet in perſonam Caroli fuit facta. Cum ergo ipſe fuerit rex Francorum, apparet quòd tranſlatio imperii facta fuit ad Reges Francorum. Secundò verò eadem opinio habet probabilitatẽ ex eo etiam, quòd dicta Chronica ſeu hiſtoria Francorum refert, regnum & imperium Francorum fuiſſe diviſum, & non regnum tantùm. Ex quibus videtur, quòd quilibet ex his regibus, ſcilicet Romanorum, qui eſt rex Germaniæ ac Galliæ Belgicæ ſive orientalis, & Italiæ, ac etiam aliarum provinciarum regno & imperio ſubjectarum in eiſdem provinciis; & Rex Galliæ occidentalis ſive Franciæ in eadem Gallia, & in aliis provinciis ſuo regno ſubjectis, poſſit ratione tranſlationis, ac etiam diviſionis regni & imperii, hujuſmodi poteſtatem imperialem licitè in omnibus exercere, nec alter ipſorum alteri ſubeſſe aliquatenus teneatur. An autem hæc opinio ſit vera, id majorum meorum diſcuſſioni ac determinationi reſervabo. Ex quo autem de regno Franciæ facta eſt mentio, ſciendum eſt, quòd poſt diviſionem regni Francorum (de qua dictum eſt ſuprà cap. 2.) primo reges illius regni Franciæ, vocati ſunt *Reges Galliæ*, ut patet ex Chronicis Euſebii & Francorum: quod tamen intelligo de Gallia Celtica ſeu occidentali. Gallia enim Belgica ſeu orientalis ceſſerat in dicta diviſione Lothario Imperatori, & ſuis hæredibus: Aquitanica verò Gallia Pipino nepoti Ludovici Imperatoris primi ceſſerat, ut dixi in præcedenti cap tulo 2. Sed poſtmodum ſucceſſu temporis, ut etiam ex iiſdem Chronicis & aliis colligitur, reperiuntur ſe intulaſſe *Reges*

Franciæ, licet impropriè, niſi dicantur Reges Franciæ occidentalis. Nam (ut plenè refert Chronica Godfridi, qui magis exquiſitè inter alios Hiſtoriographos ſcribit de regno & imperio Francorum) duplex eſt Francia: una eſt Orientalis, quæ eſt cis Rhenum, ubi primum Franci fuerunt, à quibus etiam illa Francia vocata eſt. Et hæc uſque ad Bavariæ terminos protelatur, de qua loquitur c.1. Ext. de ſponſal. ut dixi ſuprà in capite tertio. Alia eſt occidentalis, & eſt illa quæ eſt cis citraque Ligerim & Sequanam fluvios, quæ Provincia prius dicebatur Gaudina: ſed à Carolo Martello, avo Caroli magni, primum Francia vel Francigenia eſt appellata. In lingua verò Theutonica, unde ipſe (e) Carolus Martellus oriundus erat, vocavit eam nomine ſuo Carlingam: ſicut à Cæſare Cæſarea, & ab Alexandro Alexandria

Francia duplex.

(e) *Carolus M. vocavit eam Carlingam*) Quod nomen Galliæ Celticæ ſive Franciæ Occidentalis. KERLINGEN, jam ferè obſoletum, ſuperioribus adhuc ſæculis notiſſimum, reperio in Poëtis Teutonicis, qui circa Friderici II. ævum floruerunt. Rudolphus ab Anſe paraphraſtes veteris Teſtamenti, in deſcriptione Orbis, de Galliâ loquens:

In diſem teil ſint gelegeu
Driu Lant, der nam iſt drin gevvegen
Burgundie und Lutringen,
Und das Lant ze Kerlingen.
Und al diu gegent und diu Lant
Der name da entzvviſchen iſt erkant.

Tanhuſer ille eques & vates notiſſimus, in libro Cantionum qui in ſcriniis Principis mei:

Sicilie ſol dem Keiſer vveſen undertan,
Die Sarden hant ouch manige vvunderliche ſitte.
Den voget von Rome ich dicke vvol geſehen
Kerlingen ſint mit gutem fride, und dabi Engellant,
Die Z. Arle vvollen jemer alſo vveſen fri.
Die Artus vvart Britanie ze Karidol genant;
Die Wilzen ſint geboren daher von tenebrie.

(a) *Epi-*

xandria nuncupatur. Et hoc ideo fecit, quia ipſe duos regnos, qui regnum Francorum invaſerant, in prælio manu propria interfecit, atque cum victoria procedens, Rhemos & Pariſios & omnem Gaudinam ſubjugavit. Non igitur Reges prædicti ſunt Reges Franciæ ſimpliciter: ſed duntaxat Franciæ occidentalis, ut patet ex præmiſſis. Iidem verò reges nequaquam ſe *Reges Francorum* intitulare ſeu nominare deberent, cùm Germania, in qua ſolùm ſunt Franci (juxta ea quæ dixi ſuprà c. 1. & 3.) non ſit de regno eorum: nec Gallia Celtica ſeu Francia occidentalis fuerit pars potentiſſima illius regni: ſed potius Francia Germania ſeu Orientalis, tanquam principium ejuſdem, ut ex duobus capitulis prædictis apparet. Et per hoc ſatis liquet quod Reges noſtri nominare ac intitulare ſe *Reges Francorum* licitè poſſent: ſicut & fecit Rex Henricus ſecundus, fundator Eccleſiæ Babenbergenſis, & Ottho primus, ut dixi ſuprà in Capite quinto.

CAPUT VIII.

Quòd electus in Regem vel Imperatorem, poſt electionem concordem Principum, vel à majori parte ipſorum de ſe factam, à Papa vel ab Eccleſia Romana nominationem regiam, vel perſonæ approbationem petere & recipere non tenetur: & eſt quartus Articulus.

PORrò quartus Articulus eſt iſte: *Electus in Regem ſeu Imperatorem Romanorum à principibus Electoribus, in concordia, vel à majore parte ipſorum, à Papa ſeu ab Eccleſia Romana nominationem regiam vel perſonæ approbationem petere vel recipere non tenetur.* Hujus autem articuli veritas ſic probatur:

batur. Rex Romanorum ex electione principum electorum concordi, vel à majori parte ipſorum de ſe facta, habet poteſtatem adminiſtrandi jura & bona regni & imperii in omnibus provinciis ſubjectis eidem regno & imperio. Habet etiam poteſtatem exercendi in iiſdem provinciis ex conſuetudine generali omnium regnorum occidentalium, & ſpecialiter regni & imperii Romanorum, à tempore cujus contrarii non eſt memoria hactenus obſervata, actus alios à jure Imperatori reſervatos, ut patet ex tribus capitulis proximè præcedentibus. Nomen autem Imperatoris, & ſi quid aliud juris Imperator ultra Regem Romanorum, id jus conſequitur poſt unctionem & coronationem imperialem, ut ex dicendis infrà in capitulo undecimo apparebit. Ergo eidem Regi Romanorum, nec quo ad duplicem poteſtatem prædictam, nec quo ad Imperii titulum & nomen, nec quo ad alia quæcunque jura imperii conſequenda, Papæ vel etiam Eccleſiæ Romanæ nominatio regia, vel perſonæ approbatio, nec eorundem à Papa & Eccleſia Romana petitio neceſſaria aliquatenus exiſtunt. Et ſic ex conſequenti eaſdem petere vel recipere non tenetur. Item probatur illud idem alia via, ſumpta per locum ex ſufficienti partium enumeratione, qui locus eſt argumentum validum in jure ad hoc, ff. de act. & oblig. l. obligationum ferè. §. placet. Et in hac via probanda & declaranda ſic procedam. Primò probo, quòd talis electus in Regem ſeu Imperatorem, qui ex electione eſt Rex Romanorum, non tenetur ad id faciendum de jure communi ſeu generali. Secundò probo, quòd ad hoc non tenetur ex aliquo jure ſpeciali. Primum ſic probatur, ſi tenetur id facere ex jure communi ſeu generali, cum hoc non ſit de jure naturali vel gentium, ut de ſe notum exiſtit: relinquitur ex ſufficienti diviſione, quòd hoc aut procedit à jure divino, aut poſitivo, ſcilicet canonico

aut

aut civili, vel à conſuetudine generali aliorum regnorum occidentalium, quæ conſuetudo etiam eſt jus, ut 1. Diſt. conſuetudo & Inſtit. de jur. nat. gent. & civili. §. ex non ſcripto. Sed à nullo iſtorum jurium id procedit. Primò enim hoc non procedit à jure divino: non enim videtur ſuper hoc aliquod mandatum ſeu præceptum juris divini emanaſſe; quod etiamſi emanaſſet, ita extenderetur præceptum hujuſmodi ad alios Reges terræ Chriſtianos, qui ut plurimum Regem Romanorum & Imperatorem pro ſuo ſuperiore in temporalibus non recognoſcunt, ſicut ad Regem Romanorum. Præcepta enim juris divini generaliter omnes ligant, quod tamen ipſi Reges minimè faciunt: ut de ſe notum exiſtit. Item non procedit hoc etiam à jure Canonico. Si enim procederet hoc ab illo jure, hoc maximè videretur probari Ext. de elec. c. venerabilem. §. verum & §. nos itaque & verſ. quod autem. Et de jurejur. c. Romani. §. nos itaque. Sed illa capitula non obſtant, nec cogunt illud dicere vel tenere, ut infrà in oppoſitionibus 12. cap. poſitis plenè dicam. Nec etiam à jure civili: nulla enim lex ſuper hoc emanaſſe reperitur: quæ etiamſi reperiretur, nequaquam tamen ipſum Regem Romanorum ligaret: princeps enim legibus ſolutus eſt. ff. de legib. l. princeps, licet profiteatur ſecundùm leges ſe vivere velle, ut C. de legibus. l. digna vox. Item nec procedit illud à conſuetudine generali aliorum regnorum. Non enim videmus aliquem Regem occidentalem, nec etiam orientalem id facere vel ſervare, ut ſuprà dixi. Quare concluditur, quòd rex Romanorum adhoc ex aliquo jure communi vel conſuetudine generali minimè teneatur. Viſo ergo quòd Rex Romanorum, ſeu electus in Regem, ex communi jure ad hoc non tenetur: reſtat videre, quod etiam adhoc ex aliquo jure ſpeciali non teneretur. Quod ſic probatur. Si rex vel electus

in regem ad hoc tenetur ex aliquo jure ſpeciali, hoc videretur eſſe, aut ex tranſlatione imperii de Græcis in perſonam Caroli Magni, de qua frequenter ſuprà dictum eſt: aut ratione ſpecialis coniunctionis, quæ eſt inter Papam & Imperatorem, de qua notant Innocentius & Hoſtienſis, Ext. de foro compet. c. licet, de qua etiam infrà dicam: aut ex eo, quòd Rex ſeu electus in Regem non habet ſuperiorem in temporalibus, à quo recipiat approbationem, ita quòd ex hoc eam ab Eccleſia recipere teneatur: aut ex ipſa Regis & Imperatoris Romanorum electione, ratione inſtitutionis de hoc tempore Otthonis tertii factæ, de qua etiam ſuperiùs dictum eſt: aut ex jure & poteſtate eligendi ab Eccleſia Romana ad principes tranſlatione ſeu perventione, aut ex ſpeciali conſuetudine regni & imperii, circa hoc obtenta: aut ex ſpeciali ſubmiſſione vel recognitione, circa hoc per aliquos ex Regibus Rom. facta. Non enim occurrerunt mihi plures modi ſpeciales, ex quibus id facere teneretur. Sed à nullo iſtorum modorum poteſt procedere, quòd electus in Regem Romanorum teneatur ad præmiſſa facienda. Primò enim non tenetur ad hoc ex præmiſſa imperii tranſlatione: tempore enim hujuſmodi tranſlationis, & poſt eam longo tempore, non fiebat electio Regum & Imperatorum, ut patet ex ſuperiùs dictis in ſecundo capitulo: ſed habebat locum generis ſucceſſio, in qua nominatio Regis, vel etiam perſonæ approbatio ab Eccleſia facienda, non vendicabat ſibi locum: ſed ſtatim filius mortuo patre ſucceſſit patri in regno & imperio, citra nominationem vel approbationem Eccleſiæ Romanæ, vel cujuſquam alterius: prout ſervari videmus in regnis aliis per ſucceſſionem generis debitis. Item, nec id procedit ratione ſpecialis conjunctionis quæ eſt inter Papam & Imperatorem, quæ conſiſtit in ſex, ſecundum ea quæ notat Innocentius & Hoſtienſis

ſis in prædicto capitulo, licet. De foro compet. Scilicet, quia Papa eum conſecrat & examinat, & etiam Imperator eſt ejus advocatus, & ei jurat, & ab eo tenet imperium. allegant. c. venerabilem, de elect. & 63. Diſtinct. tibi domino. Et quia Papa ſuccedit in jurisdictione imperii, vacante imperio, ut patet in prædicto cap. licet. Primò enim hoc non eſt ex eo quia conſecrat ſeu inungit Imperatorem: ſunt enim multi Archiepiſcopi & (a) Epiſcopi, qui Reges alios inungunt & coronant, quos tamen ab eiſdem Archiepiſcopis & Epiſcopis nominationem & approbationem aliquam recipere non videmus. Secundò, non eſt etiam ex eo, quia ipſum examinat. non enim habet eum examinare ad hunc finem, ut ipſum approbet: ſed ad alium finem, ut dicam infrà capitulo decimo, in prima oppoſitione. Tertiò, etiam non eſt ex eo, quia Imperator eſt advocatus Papæ: ſunt enim multi Prælati Eccleſiarum & monaſteriorum Germaniæ, & aliarum provinciarum, qui habent (b) Principes & Barones advocatos, qui tamen à Prælatis hujuſmodi nullam no- *Advocatus Eccleſiæ.* mi-

(a) *Epiſcopi Reges alios inungunt*) Ut Regem Franciæ Remenſis, Bohemiæ Pragenſis, Poloniæ Gneſnenſis, Angliæ Cantuarienſis, Sueciæ Upſalenſis Archiepiſcopus. Quo argumento etiam Marſilius Patavinus utitur lib. 2. cap. 26. *Quam diadematis impoſitionem Pontifici Romano plus auctoritatis tribuere ſuper Romanum Principem, quàm Remenſi Archiepiſcopo ſuper Regem Francorum, quis dicet?* Nam nec id ipſum apud Gallos ita neceſſarium & immutabile eſſe, quin per alium Epiſcopum pro re & tempore poſſit expediri, defendit Ivo Carnotenſis epiſtolâ 70.

(b) *Principes & Barones advocatos*) *Caſtenvogte* Germanicè vocamus, & tutelam ipſam veteri voce *Mundeburdium*, Gall. *Manburnie*. Ita Lauriſſenſe Cœnobium ab antiquo Palatinos advocatos habuit, ut Chronicon ejus proditum habet. *Carolus Magnus Cœnobio Campidonenſi conſtituit advocatos ac tutores Ducem Bavariæ & Mareſchallum, &c.* Bruſch. de monaſter. German. pag. 29. Plura de hocce inſtituto Advocatorum & Patronorum Stumpſius lib. 5. cap. 3. Lazius lib. 12. de Repub. Rom. cap. 3.

minationem vel approbationem recipere conſeverunt. Quartò, etiam id non eſt ex eo, quia Imperator jurat Papæ. Non enim jurat Papæ tanquam vaſallus, ut probabo infrà capitulo proximò. Quod etſi faceret, non tamen propter hoc ab eo approbationem recipere deberet: Prælati enim Eccleſiarum fidelitatem jurant Regibus & Principibus à quibus tenent regalia: & tamen abſurdum eſſet, quòd Prælati ab eis aliquam nominationem vel approbationem reciperent, ut de ſe notum eſt. Quintò, non eſt id ex eo, quòd teneat imperium à Papa: quia dico, quòd hoc non eſſet verum propriè loquendo, nec jura ab Innocentio & Hoſtienſi allegata hoc probant. Circa quod vide id quod dicam infra in duodecimo capitulo, in tertia oppoſitione: & in cap. 13. in ſecunda oppoſitione. Sextò, etiam non eſt ex eo, quia Papa ſuccedit Imperio vacante. Hoc enim eſt propter neceſſitatem facti: quia non eſt alius judex ſuperior, ideò recurri oportet ad Papam. Et idem eſſet, ſi eſſet neceſſitas juris: puta quia judex dubius eſſet, quam ſententiam de jure proferre debeat. Ext. qui fil. ſint legit. c. per venerabilem. Prout etiam notant Innoc. & Hoſt. in prædicto Cap. licet. Patet igitur, quod ratione ſpecialis conjunctionis, quæ eſt inter Papam & Imperatorem, Rex Romanorum nominationem & approbationem hujuſmodi à Papa petere ſeu recipere non tenetur. Item, non procedit id ex eo, quod Rex Romanorum non habet ſuperiorem in temporalibus. Quia communiter quaſi omnes Reges occidentales non recognoſcunt aliquem ſuperiorem in temporalibus, quos tamen à Papa nominationem & approbationem aliquam recipere non videmus. Item nec procedit hoc ex ipſa electione Regis & Imperatoris, quæ fit hodiè per Principes Electores: cum enim illa electio ſurrogata ſit in locum ſucceſſionis generis, ut ſuperiùs in capitulo quinto plenè declaratum eſt,

85

& in hac ſucceſſione generis non habeat locum nominatio vel approbatio prædictæ, juxta conſuetudinem aliorum regnorum, ut jam dixi: ergo nec ratione electionis ſubrogatæ in locum ſucceſſionis generis locum habebit. (c) Præterea olim, quando fiebat electio Imperatoris per populum vel exercitum Romanorum, de qua electione loquitur Canon 93 Diſtinction. c. legimus & ff. de origine juris, l. 2. §. noviſſimè, & C. de veter. jur. enucl. l. 1. §. ſed hæc. cum concord. non reperimus quòd per Eccleſiam fieret aliqua nominatio vel approbatio Imperatoris. Et ſic ex natura ipſius electionis non procedit. Item nec procedit hoc ex jure eligendi Regem & Imperatorem ad Principes ab Eccleſia tranſlatione ſeu perventione: ut infrà in duodecimo capitulo, in tertia oppoſitione plenè dicetur. Item nec procedit hoc ex ſpeciali conſuetudine regni & imperii, circa hoc obtenta. Non enim apparet ex aliquibus Chronicis vel ſcriptis, quas vel quæ videre potui, vel habere, quòd electi in Reges conſueverunt petere ac recipere nominationem regiam, ac perſonæ approbationem ab Eccleſia Romana. Imò ex formis

(c) *Præterea olim*) Idem repetit Lupoldus in lib. de zelo veter. Princip. German. cap. 7. *Principes Germaniæ poteſtatem eligendi Regem Romanorum habentes; poſt electionem Regis per eos factam, ſummis Pontificibus decretum hujusmodi electionis (à tempore cujus contrarium in memoriâ hominum non exiſtit usq; ad præſens tempus) tranſmittere conſueverunt. Quod olim quando Imperatores per electionem ad Imperium aſſumebantur, etiam tempore Chriſtianorum Imperatorum, fieri non ſolebat. Nam ſive Imperatorum electio ab ipſis Imperatoribus, qui quandoq; ad Imperium ſibi ſucceſſorem vel ſocium aſſumebant, ſive per milites exercitus, ſive per Senatum, ſeu per populum Romanum fieret, nunquam legimus à prædictis decreta electionum facta, & ad ſummos Pontifices tranſmiſſa fuiſſe: ſed potius è contrà legimus, quòd Decretum electionis Papæ poſt ejus electionem olim Romanis Imperatoribus transmitti ſolebat, ut patet 63. diſt. cap. Agatho. & § electiones.*

 (d) *Cùm*

mis aliquarum literarum, in quibus continebantur decreta electionum quondam Rudolphi, Adolphi, & Alberti Regum Romanorum, quas formas recolo me vidiſſe, apparet potius contrarium. In his enim continebatur, quòd principes Electores, commendatis primò perſonis hujuſmodi electorum, ſcilicet Regum prædictorum, recommendabant eoſdem Reges Romanis pontificibus & Eccleſiæ Romanæ, tanquam devotos ipſius Eccleſiæ Romanæ filios: & in iiſdem literis petebant tantummodo electis & Regibus hujuſmodi, per ipſos Romanos Pontifices opportuno tempore unctionem & coronationem imperialem impendi. Unde non eſt veriſimile, quòd ipſi Reges electi, aliud poſt electionem ſuam circa hoc petiverint vel petant, quàm id quod Principes in electionum decretis petere conſueverunt. Quod etiam apparet ex petitione quondam Heinrici Imperatoris ſeptimi, qui poſt electionem ſuam in Regem Romanorum, petivit per nuncios ſuos ad hoc ſpeciale mandatum habentes, à Clemente papa V. gratiam & favorem conſuetum, ac ſibi per manus ejuſdem impendi unctionem & conſecrationem, & Romani Imperii diadema, ut patet Ext. de jurejur. c. Romani verſ. dictus namque in Clem. nec ibidem reperitur aliud petiviſſe. Item nec etiam illud procedit ex ſpeciali ſubmiſſione, vel recognitione circa hoc per aliquos ex Regibus facta. Hæc enim apud nos non reperitur eſſe facta: quòd etſi ea reperiretur eſſe facta, puta quòd aliquis ex Regibus Romanorum electus in concordia, vel à majori parte principum Electorum, petiviſſet nominationem & approbationem hujuſmodi, & petitas vel etiam non petitas obtinuiſſet ab Eccleſia: id tamen non debet, nec poteſt de jure regno & imperio, vel ſucceſſoribus ejuſdem, nec etiam principibus & populo regno & imperio ſubjectis, in juribus ejuſdem regni & imperii præjudicare: ut

electionum.

ut infrà in oppoſitionibus in cap. 14. plenè de hoc dicam. Quare concluditur ex præmiſſis, quòd electus in Regem & Imperatorem, ad hoc ex ſpeciali jure non tenetur. (d) Cùm ergo (ut ex jam dictis apparet) electus in regem & imperatorem, ad petendas & recipiendas nominationem & approbationem perſonæ ab Eccleſia Romana, non ſit aſtrictus nec jure communi, nec jure ſpeciali, ergo ad hoc nullo jure tenetur.

CAP.

(d) *Cùm ergo*) Concludamus nos quoque hanc diſputationem elegantiſſimis verſibus Guntheri, quibus etiam plæraque omnia ſuperiora argumenta continentur, ex lib. 6. Ligurini:

Imperium geminis diſponitur, inquit, habenis
Legibus, & veterum ſervato tramite morum.
Cujus ab æterno tantum collatió Rege
Provenit: ad proceres electio pertinet, in qua
Præcipuam vocem Præſul de jure vetuſto
Moguntinus habet: paſtori prima recentis
Agrippina tuo conceditur unctio Regis.
Imperij nitidam ſummo ſacrare coronam
Pontifici jus eſt: ut vero nomine poſſit
Non dator Imperij, ſed confirmator haberi.

Et poſtea:

Cogitet antiquos primævi temporis annos.
Num Petrus, aut Clemens, num cætera turba priorum
Sceptra Latina dabat? Romanus tempore priſco
Pauper erat Præſul: regali munere crevit.
Nec tamen ut faſces & regni jura Latini
Vel dare præſumat, vel cuiquam tollere poſſit.
Exceſſère modum magnorum munera Regum,
Si tantum cuiquam jus in ſua regna dederunt.
Sed neq; tanta fuit largitio, nec dare quiſquam
Quo caret ipſe, poteſt. Hujus collatio regni
Authorem ſortita DEUM, contingere nulli
Jure poteſt hominum: collator muneris hujus
Eſt DEUS, hoc ſummis Regnum confertur ab aſtris.

(a) Po-

CAPUT IX.

Quòd juramentum, quod jurat Rex Rom Papæ, non eſt juramentum homagii, quod ſcilicet vaſallus præſtat domino ſuo ratione feudi: ſed eſt juramentum defenſionis, per ipſum Papæ & Eccleſiæ fideliter impendendæ. Et eſt quintus Articulus.

CÆterùm quintus & ultimus articulus eſt talis: *Juramentum quod ſolet præſtare Rex Romanorum Papæ & Eccleſiæ Romanæ, ſecundum formam in Can. 63. Diſtinct. c. tibi domino, comprehenſam, non eſt juramentum fidelitatis, id eſt homagii, ſcilicet quod præſtat fidelis ſeu vaſallus domino ſuo, ratione feudi: ſed eſt juramentum fidelitatis, id eſt, fidelis defenſionis per ipſum Regem Papæ & Eccleſiæ impendendæ.* Circa probationem hujus articuli ſciendum eſt, quòd Hugo tenet, quòd Imperator habet (a) poteſtatem à ſolo Deo, quo ad temporalia, nec ſubeſt in eis Papæ. Nam exercitus facit Imperatorem, 93. Diſtinction c. legimus. Et ſecundum hanc opinionem Hugonis juriſdictiones ſive poteſtates, Eccleſiaſtica & ſecularis, ſunt diviſæ & diſtinctæ: & hanc opinionem tenet etiam Johan. 10. Diſtinct. c. quoniam. Sed Ala. Can.

(a) *Poteſtatem à ſolo DEO*) Unde Græci Imperatores θεοστεφεῖς ſe inſcribere ſolebant, *à DEO coronatos.* Atque ita Nicolaus PP. ad Michaelem Imper. ſcripſit: *Sciat à DEO redimitum Imperium veſtrum.* Quod etiam in numiſmatis eorum expreſſum videmus, Imperatori diadema Chriſti Domini manu imponi. Unde natum illud inſigne exiſtimo, quod vulgò civitati Conſtantinopolitanæ à pictoribus tribuitur, duas manus è nubibus protenſas, coronam tenentes. Noſtri quoque *DEI gratiâ, Divinâ favente Clementiâ Rom. Imp. ſemper Aug.*

(b) *Alii*

Can. & Bernhardus, tenent contrarium, ſcilicet quòd Imp. recipit executionem gladii temporalis ab Eccleſia. Et ſic juriſdictiones hujuſmodi non eſſent diſtinctæ: ſed una, ſcilicet ſecularis ab Eccleſiaſtica dependeret: ut patet ex his quæ notantur Ext. qui fil. ſint legit. c. cauſam quæ 11. Licet autem Hoſtienſ. ibidem amplectatur opinionem ſecundam, tamen dicit ibidem, quòd Papa ſe non habet intromittere de temporalibus in alterius præjudicium, allegans ejuſdem Tit. c. per venerabilem. Nec regulariter niſi in caſibus ut in eodem cap. §. rationibus. Sed Imperator indiſtinctè ſe intromittit, quia à Deo ſibi hoc eſt commiſſum immediatè, quemadmodum notatur in prædicto cap. cauſam. in gl. tempore iſtius. Hoc idem ipſe notat in prædicto cap. Venerabilem, in gloſſa, ut præmiſſum eſt. Et hoc ipſe notat his verbis: *Quamvis perſona Imperatoris ſubſit Papæ, & temporalia per conſequentiam quandam; tamen Imperator magis poteſt in temporalibus quæ à Deo immediatè tenet. Et ideò, dummodo caveat à peccato, prout placet, de eis poteſt diſponere.* His præmiſſis, dico, quòd veritas hujus articuli de facili pateret, ſi teneamus opinionem Hugonis, & ſuorum ſequacium. Nam ſecundum hoc manifeſtè pateret, quòd Rex vel Imperator nequaquam de regno & imperio ipſius Eccleſiæ vaſallus exiſteret: ſed ipſum immediatè à Deo haberet. Et hæc opinio maximè ex hoc videtur habere veritatem, quòd (b) alii Reges Chriſtianitatis, qui tamen hodie ut plurimum de facto non recognoſcunt Romanum Imperatorem, nec aliquem alium ſuperiorem in temporalibus, nec ab Eccleſia Romana, nec ab aliis Eccleſiis recipiunt & tenent in feudum merum & miſtum imperium, &

(b) *Alii Reges*) Excepto Rege Siciliæ, & ſi qui alii regna ſua ab Eccleſiâ in feudum recognoſcunt.

& alia regalia (de quibus habetur in libris Feudorum, titulo Quæ ſint regalia, cap. unico) in ſuis regnis: (c) Sed potius econtrà Prælati Eccleſiarum, regalia ſuarum Eccleſiarum ab ipſis Regibus in feudum recipere ac tenere noſcuntur. Idem etiam eſſet ſecundum opinionem Hoſtienſis, tenendo ſcilicet, quòd Imperator temporalia immediatè teneat à Deo, de qua ſuprà dixi. Secundum autem opinionem Ala. Can. & ſequacium, quam multi Theologi hodie ſequuntur, non poſſet veritas hujus articuli hoc modo probari. Nolens igitur in hac contrarietate opinionum ponere os in cœlum, veritatem præmiſſi articuli probo aliter, & primò quoad primum membrum ejuſdem articuli hoc modo. Certum eſt, quod regnum & imperium Rom. conſtat ex provinciis & terris regno & imperio ſubjectis, cum mero & miſto imperio ac poteſtate plenaria in eiſdem provinciis & terris, ſicut qnodlibet totum ex ſuis partibus conſtat. Sed Carolus Magnus, in cujus perſonam imperium

(c) *Sed Prælati regalia.*) Ita in regno Germaniæ & Galliæ. Nam licet Capitulum poteſtatem eligendi habeat, requiritur tamen, ut regalia ab Imperatore vel Rege obtinuerit electus, præſtito homagio & fidelitate. Quod Fridericum III. Imp. in uſum revocâſſe, deſuper conveniendo cum Pontifice, annotat R. Choppin. de Doman. Franc. lib. 2. tit. 10. num. 7. Et notabile eſt, quod in ſpeculo Saxonico ſcriptum legitur lib. 3. art. 59. *Qui eligitur Epiſcopus; Abbas, aut Abbatiſſa, ſi ſecularem habuerint dignitatem, feudum prius ſuſcipiant, & poſtea curam.* Et art. ſeq. *Imperator confert cum ſceptro ſpiritualibus, & cum vexillo ſecularibus omnia feuda illuſtria dignitatis.* In Prælatis igitur conſideratur duplex qualitas, juriſdictio ſpirituali s; & temporalis quia eadem regalia in ſuis territoriis obtinent, quæ Principes, Duces in ſuis, & inveſtiuntur cum omnimodâ juriſdictione, & proinde Imperio ſubjiciuntur eâ ratione, Imperatorem recognoſcunt, à ſententiis illorum provocatur ad Cameram, & fractæ pacis condemnari poſſunt per Gail. lib. 1. obſer. 50. & de pace publ. cap. 1.

(d) *Non*

rium de Græcis fuit tranſlatum in Germanos, habuit (ut ex ſuperius dictis clarè patet) Italiam, & alias provincias & terras, quas hodie habet regnum & imperium Romanorum, & plures alias ante dictam tranſlationem: habuit etiam in ipſis plenariam juriſdictionem & omnimodam poteſtatem ante tranſlationem prædictam, de conſuetudine generali regnorum Occidentalium, ut viſum eſt in cap. ſeptimo. Et ſic non habuit has provincias & terras cum poteſtate hujuſmodi ab Eccleſia Romana in feudum, vel alio quocunque titulo: ſed vel ex ſucceſſione paterna, more aliorum Regum Occidentalium, vel per bellum licitum de jure gentium introductum, ut ex prædictis ſuprà in cap. 5. patet. Ex quo etiam jure gentium provincias & terras hujuſmodi per bellum licitum ſuas fecit, ut in eodem cap. patet. Et ſic poſt eundem Carolum, ſucceſſores ſui, primo per ſucceſſionem generis, & deinde per electionem ſubrogatam in locum ſucceſſionis generis, Italiam & alias provincias & terras regni & imperii, cum poteſtate omnimoda in eis, ſimiliter habuerunt eo jure, quo ipſe tenebat eaſdem, tanquam ſuccedentes in locum ipſius, juxta ea quæ dixi ſupra cap. 7. Ergo concluditur ex hoc, quòd Rex Romanorum qui ex electione Principum ſuccedit in locum dicti Caroli, ſaltem quoad illas provincias & terras quæ adhuc ſunt de regno & imperio, (d) non tenet regnum & imperium hoc modo ſumptum à Papa & ab Eccleſia Romana in feudum: & ſic ex conſequenti patet, quòd juramentum prædictum, juramentum fidelitatis, id eſt, homagii non exiſtit.

Pro-

(d) *Non tenet Imperium in feudum*) ſive beneficium. Quæ eſt vetus illa diſputatio inter Fridericum Imp. & Alexandrum Papam, apud Othonem Friſingenſem, Radevicum, Ligurinum: quæ deinde in apertum bellum prorupit, & multarum civitatum excidio conſtitit, ut ait Alciat. lib. 5. Parerg. c. 12.

M 2 (e) *Ipſa*

Probatio verò præmiſſi articuli, quo ad ſecundum ejus membrum, ſcilicet quòd juramentum illud ſit juramentum fidelitatis, id eſt fidelis defenſionis faciendæ per Regem ipſi Eccleſiæ Romanæ, patet ex tenore ejuſdem juramenti in prædicto cap. *Tibi Domino.* comprehenſo. Articuli enim in ejuſdem juramenti forma contenti, aut ad defenſionem Eccleſiæ Romanæ, aut ad non offendendum dominum Papam in perſona, honore, vel rebus, pertinere noſcuntur. Qui verò tenetur alium defendere, ipſum offendere vel impugnare non debet. ut ff. ſi ſervitus vind. l. altius. & Ext. de nat. ex lib. vent. c. unico. cum concord. ibi notatis. Et ſic defenſionem Papæ ac Eccleſiæ Romanæ articuli reſpiciunt antedicti. Nec mirum, ſi Rex Rom. præſtet hoc juramentum Papæ & Eccleſiæ Romanæ. (e) Ipſe enim eſt advocatus ipſius Eccleſiæ, ut patet Ext. de Elect. c. Venerabilem verſ. quod autem, & (f) de jurejur. c. Romani. §. porrò. in Clem. Advocatio verò Eccleſiæ nihil aliud eſt, niſi jus defendendi Eccleſiam. Unde etiam interdum in Jure, patroni Eccleſiarum, dicuntur *Advocati eorum*; ut Ext. de jure pat. c. quia clerici. Et hoc ex eo, quia habent defendere Eccleſias,

Iuramentum fidelitatis.

(e) *Ipſe eſt advocatus Eccleſiæ.*) De quo plura ad Andloum pag. 129. Atqui hoc juramentum *de defendendâ Eccleſiâ* non probat, Imperium teneri ab Eccleſiâ. Quemadmodum nec juramentum, quod Rex Franciæ præſtat Parlamento Pariſienſi, *de defendendo Regno*, probat ideo Regnum haberi à Parlamento: nec ideò quòd jurat Prælatis in ſacrâ unctione Remenſi, *ſe defenſurum Eccleſiam*, habet Regnum ſuum ab Eccleſiâ, inquit Jacob. Almain Doctor Pariſ. in Tract. de poteſt. Eccleſ.

(f) *C. Romani. Ex. De jurejurando*) Quæ potius *De injuſta injuriâ* illatâ Chriſtianiſſimo Imperatori, virtutum omnium viro, ſingulariter inter cæteros Principes approbato, ſuisque ſucceſſoribus & affinibus omnibus factâ contumeliâ intitulari potuiſſet, ait Marſilius Patavinus parte II. Defenſor. pacis, cap. 23. circa finem. Videſis etiam notas D. Car. Molynæi ad gloſ. d. cap. Romani.

(g) Et

cleſias,quorum ſunt patroni: ut 16. q. 7. c. filiis. Et de hac advocatione poteſt intelligi, quod dicitur in Can. de conſec. V. c. in die, ſcilicet *quòd regimen Eccleſiæ Romanæ eſt conceſſum Theutonicis*, ut etiam infra in cap 13 circa tertiam oppoſitionem plenius dicetur. Et de tali juramento fidelitatis, intelligo etiam prædictam Decretalem, Romani, & id quod notatur 63. diſtinctione, c. quia ſancta, in ultima gloſſa: ſed non de juramento fidelitatis, id eſt, homagii, ut ſuperius eſt probatum. (g) Et de tali etiam juramento fidelitatis, i. homagii, intelligo reſponſionem, quam claræ memoriæ dominus Imp. Henricus ſeptimus quibuſdam S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus in Urbe feciſſe dignoſcitur: quæ reſponſio ponitur in prædicta Decretali Romani, verſ. dictis, aſſerendo videlicet, ſe non fore cuiquam ob juramentum fidelitatis adſtrictum, & quòd nunquam fecerat juramentum, propter quod foret ad vinculum fidelitatis alicui obligatus: intendens per hoc (ut veraciter exiſtimo) quòd juramentum quod bis præſtiterat bonæ memoriæ domino Clementi Papæ ſexto, non erat juramentum fidelitatis, i. homagii, quod ſcilicet vaſallus ſeu feudatarius ratione feudi domino ſuo præſtat. Sed ſi præfatus dominus Imperator per dictam reſponſionem intellexiſſet, quod non præſtitiſſet cuiquam juramentum fidelitatis, i. fidelis defenſionis, tunc poſſet procedere, quod de ſe ipſo ſubjungitur in Decretali & verſu prædictis. Sed opinari quemquam, quod circa reſponſionem de juramento hujuſmodi hunc habuerit intellectum, ſatis inconveniens reputo: cùm ipſe Chriſtianæ religionis ac totius (h) juſtitiæ zelator eximius ac fervidus extiterit proſecutor. CAP.

(g) *Et de tali etiam*) Hæc verba uſque ad finem capitis ſunt ex uno mſ. Palatino in cæteris omnibus aberant.

(h) *Juſtitiæ zelator eximius*) Sed & jurium Imperii, & Regni zelator, & perſecutor ardentiſſimus, ut Auctor dixit in Præfat. Zelum autem

CAPUT X.

In quo formantur duæ oppoſitiones contra primum & ſecundum articulos præmiſſos, & ſolvuntur.

VIſo de juribus regni & imperii Romanorum, poſt tempus prædictæ tranſlationis ipſius imperii: reſtat ad oppoſitiones, quæ contra præmiſſa jura regni & imperii fieri poſſunt, ſine præjudicio cujuſlibet melioris ſententiæ reſpondere. Primò igitur, in eo quòd in primo & ſecundo articulis præmiſſis dicitur, quod electus in Regem ſeu Imperatorem Romanorum, ex electione concordi, vel à majori parte principum Electorum de ſe facta, ſtatim poteſt jura & bona regni & imperii licitè adminiſtrare; contra hoc opponitur & videtur, quòd electus hujuſmodi demum poſt approbationem ſuam ab Eccleſia faciendam, & ex ipſa approbatione poſſit jura & bona hujuſmodi adminiſtrare. quod ſic probatur: Examinatio perſonæ electi in Regem Romanorum pertinet ad eccleſiam Romanam, ut patet ext. de elect. c. venerabilem. §. verum & de jurejur. c. Romani. verſ. præfatus itaque in Clementinis. Hæc autem examinatio non videtur fieri ad alium finem; niſi ut examinata prius perſona ipſius electi, approbetur electio vel ſaltem perſona ipſius electi, ut ſic ex tali approbatione demum poſſit adminiſtrare: ſicut

ejus in religionem inter alia probat, quod in ejus vita legitur: *Die coronationis ſuæ Romæ in Eccleſiâ Lateranenſi, more aliorum Principum Romanorum, legem primam edidit, ſeu Authenticam novam,* DE SUMMA TRINITATE ET FIDE CATHOLICA *&c.* In Paralipomenis Urſpergenſ. Quam legem nos in legibus Curiatis (DEO dante) edemus.

(a) *Vel*

ſicut in electis ad dignitates eccleſiaſticas regulariter obſervatur. ut patet Ext. de elect. c. noſti. & c. qualiter & eodem tit. c. avaritiæ. lib. 6. Ergo videtur, quòd approbatio electi in Regem Romanorum, etiamſi ſit electus à principibus Electorib. in concordia, vel à majori parte ipſorum, ab Eccleſia Romana peti & recipi debeat. Circa hanc oppoſitionem, & ejus ſolutionem eſt ſciendum, quòd ſi volumus ſequi opinionem quæ habet, quòd juriſdictiones ſint diſtinctæ & diviſæ, ita quòd una non dependeat ab altera: vel etiam opinionem Hoſtienſis (de quib. dictum eſt ſuprà cap. proximo) tunc poſſemus dicere, quòd nulla conſtitutio juris Canonici, poſſit regno & imperio circa adminiſtrationem temporalium ejuſdem regni & imperii præjudicare: cum Rex vel Imperator non ſubſit Papæ quo ad ea, ſecundum opinionem Hugon. & Iohan. & ſequacium. Vel dato, quod ſubſit eidem quo ad temporalia per quandam conſequentiam, tamen non habeat ſe intromittere de temporalibus in alterius præjudicium, ſecundum opinionem Hoſtienſ. ibidem poſitam. Et ſic prædicta duo cap. non obſtarent: magnum enim fieret præjudicium regno & imperio (ut etiam dictum eſt ſuprà in cap. 5. & dicetur infrà in cap. 14.) ſi electus ante examinationem & approbationem Eccleſiæ adminiſtrare non poſſet. Sed quia circa determinationem opinionum prædictarum: ſcilicet utrum ſint diſtinctæ juriſdictiones (ut etiam ſuprà cap. prox. dixi) nolo ponere os in cœlum: ideo aliter reſpondeo ad oppoſitionem prædictam, & dico, quod duplex eſt examinatio perſonæ: una clerici promovendi ad dignitatem Eccleſiaſticam, ſcilicet qua inquiritur, an commiſerit crimina. Et talis ſi repertus fuerit per evidentiam facti, vel per confeſſionem in jure factam, aut per probationes legitimas crimen ſeu crimina commiſiſſe, non poterit promoveri

abſ-

abſque diſpenſatione ſuperioris ad Eccleſiaſticam dignitatem. Nec in hoc diſtinguo, an egerit pœnitentiam, an non, ſecundum ea quæ leguntur & notantur Ext. de tempor. ord. c. ult. & 50. Diſtinct. fratrum. & 1. q. 7. c. ſi quis omnem. Et talis regulariter ante examinationem perſonæ, per quam deveniatur ad confirmationem vel infirmationem ſuæ electionis, adminiſtrare non poteſt. Sed demum ex confirmatione habita, ad quam devenitur per examinationem electæ perſonæ, & electionis modum, adminiſtrare poterunt: & ſic loquuntur jura prædicta, c. noſti. qualiter c. avaritiæ, in contrarium allegata. Alia verò eſt examinatio electi in Regem Rom. vel Imperatorem. Et hæc poteſt eſſe duplex, una qua inquiritur, an commiſerit crimina notoria, præſertim gravia, de quibus egit pœnitentiam, & hanc non habet facere D. Papa, ſeu eccleſia Romana de perſona ipſius Regis. Non enim deberet propter hoc perſonam ſuam tanquam indignam, vel electionem de ipſo factam reprobare: imò nec deberet eidem propter hoc unctionem & coronationem aliquatenus denegare. Et hujus ratio eſt, quia dato etiam, quòd electus in Regem ſeu Imp. Rom. propter crimen ſit inhabilis ad adminiſtrationem regni & imperii aſſumendam: tamen per pœnitentiam peractam reverteretur ad priorem ſtatum, ut ſcribitur originaliter Apo. 2. *Age pœnitentiam*, &c. & ponuntur hæc verba tranſſumptivè in can. 50. diſt. c. quia tua. verſ. ſicut ad idem 23. q. 6. c. vides, diſt. 50. c. ferrum & arg. ad hoc ff. de ædil. ed. l. quod ita. Secus tamen eſſet in hoc caſu, in electo ſeu promovendo ad eccleſiaſticam dignitatem, ut prædixi. Nec mirum, in ſpiritualib. enim major idoneitas, quàm in temporalib. requiritur. ut patet Ext. qui fil. ſint legit. c. per venerabilem, circa princ. Unde hæc diverſitas tàm propter prærogativam Eccleſiaſticarum dignitatum, reſpe-

ſpectu ſecularium, quàm etiam propter majorem idoneitatem, quæ requiritur in præſidentibus Eccleſiaſticis dignitatibus quàm ſecularibus, eſt inducta. Quod etiam in multis aliis ſimilibus caſibus in jure Canonico poterit reperiri. Alia verò poſſit eſſe examinatio perſonæ Regis electi, quia inquireretur, an commiſiſſet crimina hujuſmodi, de quibus non egerit pœnitentiam. Et ſic Papa & Eccleſia poteſt eum examinare. Hæc tamen examinatio non habet fieri per eccleſiam ad hunc finem, ut approbetur vel reprobetur ſua electio, vel perſona: dum tamen ſit electus in concordia, vel à majori parte principum Electorum. Nam cum ipſe ſit factus Rex ex electione hujusmodi, ac ſucceſſerit Carolo Magno, qui omnes provincias & terras hodie regno & imperio ſubjectas, citra omnem tranſlationem imperii habuit (ut viſum eſt ſuprà 6. & 7. cap.) non poterit igitur propter crimen in modum exceptionis oppoſitum repelli à regno & ſucceſſione prædictis: ſicut nec alii Reges orbis propter crimen à regnis, per ſucceſſionem generis eiſdem debitis, hoc modo repelli poſſent, præſertim cùm quis ab honore non repellatur ſine accuſatore, ut ff. de mun. & hon. l. reſcripto. Prætereà hoc etiam ſic probatur, quòd ſi examinatio talis haberet fieri per Eccleſiam, id maximè procederet ex hoc, quòd talis electus non poſſit exercere juriſdictionem regni & imperii ratione criminis: ſed hoc non obſtat. Poteſt enim judex eccleſiaſticus, in quo major idoneitas requiritur quàm in ſeculari (ut patet ex jam dictis) non obſtante crimine, juriſdictionem eccleſiaſticam exercere. ad hoc 3. q. 7. §. vlt. ut not. Innoc. Ext. de off. deleg. c. cum ſuper. reſpondens ibi ad can. 3. q. 7. qui ſuis. cum quatuor Canonib. ibi ſequentibus, qui Canones videntur contrarium probare. Imò quod plus eſt, Innoc. ibidem, & etiam ipſe Hoſtienſ. notat, Ext. de reſcript.

ſcript. c. ſuper literis, quòd etiam judex delegatus procedere poteſt, non obſtante criminis exceptione. Multò ergo fortius electus in Regem, qui ex electione principum factus eſt Rex (ut ſuprà dixi) poterit non obſtante crimine, juriſdictionem regni & imperii exercere: & ſic perſona ipſius non erit propter hoc, vel ſua electio reprobanda. Poſſet tamen propter crimen hæreſis, vel aliud gravius crimen notorium, de quo incorrigibilis appareret, à regno deponi, ut infrà dicam. Et eſt ſimile huic quod dicimus de Papa electo à duabus partibus Cardinalium, contra quem non poteſt excipi de crimine hæreſis, licet poſſit de illo accuſari, ut notat Innoc. & Compoſt. Ext. de elect. c. licet. Sed ad hunc finem examinari poteſt ab Eccleſia, ut agat pœnitentiam de criminib. per examinationem hujuſmodi in eo repertis; ut ea peracta, vel ſaltem parte ipſius pœnitentiæ, ſibi unctionem & coronationem imperialem impendat. Poteſt enim ipſum, ſicut & quemlibet alium Chriſtianum, corrigere de peccato, poteſtate ſibi à Deo tradita, cum dixit Petro: *Quodcunque ligaveris* &c. Matthæi 16. & Ext. de jud. c. noverit. de major. & obed. c. ſolitæ, cum concord. Et ſi correctionem domini Papæ & eccleſiæ ſuper criminibus repertis per examinationem contemneret, puta quia pœnitentiam ſuper eis ad requiſitionem ipſius Eccleſiæ agere recuſaret; ex tunc etiam Eccleſia Romana unctionem & coronationem imperialem eidem poſſet, quouſque pœnitentiam vel ſaltem partem pœnitentiæ perageret, rationabiliter denegare. Et ſic etiam poſſet intelligi, quod dicitur in præcedenti c. venerabilem. §. verum, verſ. nunquid enim. Imò credo, quòd ſi Rex Romanorum excommunicatus propterea ab eccleſia, non reſipiſceret, Eccleſia ipſum etiam ex hoc tanquam incorrigibilem finaliter poſſet deponere, vel ſaltem declarare

rare deponendum. Ad hoc facit autoritas Evangelii, *Si peccaverit:* ibi, *ſit tibi tanquam ethnicus & publicanus* &c. Matth. 18. quod etiam ponitur in prædicto c. novit. Ad idem facit etiam 24. q. 1. c. omnibus. Et ſic intelligo quod notatur 40. diſt. c. ſi Papa. in ult. & quod notat Hoſtien. in prædicto c. venerabilem. ver. ſunt enim. in gloſ. conſultus. Intelligo igitur, quòd examinatio perſonæ electæ in Regem, de qua loquuntur prædicta duo c. venerabilem, & c. Romani, pertineat ad Eccleſiam, non tamen ad hunc finem, ut approbetur vel reprobetur electio vel electi perſona, nec etiam ut poſſit ex approbatione ab eadem Eccleſia habita adminiſtrare: cum ex electione concordi, vel à majori parte Principum Electorum de ſe facta, id ſibi competat, ut ſuprà in cap. 5. & 6. declaratum eſt: ſed ad hunc finem, ut corrigat eum de criminib. notoriis, præſertem gravibus ſi qua commiſit, de quib. pœnitentiam non egit. Et ſi correctionem contemneret, nolendo agere pœnitentiam de peccatis ſeu criminibus hujuſmodi, ad requiſitionem ipſius eccleſiæ, tunc denegare poſſet ei unctionem & coronationem imperialem, & aliàs contra ipſum procedere modo præmiſſo. Et hunc intelligo eſſe finem ſeu effectum examinationis perſonæ Regis ab eccleſia faciendæ, quo ad electionem à principibus concorditer, vel à majori parte ipſorum de ſe factam. Sed quando quis eſſet electus à minore parte principum, tunc Papa poſſet reprobare talem electum, vel ejus electionem: hoc eſt, declarare ipſum non habere jus, ſecundum ea quæ dicam infra capite 12. Et ſic intelligo prædictum capitulum, Venerabilem: & c. Romani. in contrarium allegata.

Sed contra ea quæ circa ſolutionem hujus opinionis dicta ſunt, opponi poteſt de eo quod notat Hoſtienſis in Summa de electione. §. quis eligitur. verſ. nedum in prælatis.

 ubi

ubi nedum in prælatis requiritur idoneitas perſonæ, ſed etiam in promovendo ad imperium: allegat. c. venerabilem. de elec. Sed hoc dictum non obſtat, quia dico quòd requiritur idoneitas in eo, ſed non illa quæ requiritur in prælatis eccleſiaſticis. Sufficit enim in promovendo ad imperium, quòd (a) non ſit Iudæus. l. ult. vel Hæreticus, arg. C. de hæret. l. penul. & in Auth. ibi poſita. Propter hæreſim enim Papa deponi, poteſt ut patet 40. diſt. c. ſi Papa, vel paganus. Si enim non eſſet Chriſtianus, non poſſet juriſdictionem imperii exercere Ad hoc in Auth. de jurejurando quod præſtatur ab his qui, circa prin. col. 2 Item, quòd non ſit fatuus, ſeu mente captus, aut aliàs impotens ad imperium gubernandum. Item, quòd non ſit incorrigibilis de peccatis, præſertim gravibus, per eum perpetratis, juxta ea quæ ſuperius ſunt dicta. Sed in aſſumendis ad prælaturas eccleſiaſticas, alia multa requiruntur, ut poteſt ex jure Canonico de facili apparere. Quòd autem dicit prædictum c. (b) venerabilem, verſ. Sunt enim impedimenta, dico quòd id non eſt ſufficiens cauſa, ſed adminiculans reprobationis

Idoneitas imp.

(a) *Vel non ſit Hæreticus*) Sed an hæc res committenda judicio ſolius Pontificis? qui quemcunque poſſet pro voto Hæreticum judicare, ac electionis jure privare. Septem autem Electores non eſt veriſimile poſſe ſic errare, aut intentione perversâ moveri, ſicut ſolius Romani Epiſcopi voluntatem. Et ut contingat electum in labem hæreſcos incidere ante vel poſt electionem, idque Electores latuiſſe: tamen ejus correptio non ad ſolum Romanum pertineret, ſed ad Concilium generale. Hæc Marſilius Patavinus Pac. II. cap. 26. pag 337.

(b) *C. venerabilem. De Election.*) Occaſio & materia ejus decretalis fuit talis. Fridericus I. valentiſſimus ille Imperator, vulgò *Barbaroſſa* in expeditione Syriæ adverſus Turcas mortuus Anno 1189. tres reliquit filios: Henricum, Fridericum & Philippum. In eâdem expeditione eodemque anno occiſus eſt Fridericus filius, Sueviæ Dux, in obſidione Ptolemaidos, quam vocant Accon. Henricus ejus nominis V. Imp.

Germa-

Digitized by Google

tioni Philippi, niſi fortè intelligamus quod ibi dicitur de reprobatione, quoad unctionem & coronationem imperialem non impendendam eidem propter crimina quæ commiſit: ſed illam duntaxat reputo ſufficientem, quòd (prout notat ibidem Inno. & Hoſtienſis) ipſe fuit electus à minori parte Principum, & ideo erat reprobandus, juxta ea quæ dicam infrà cap. 12.

Item opponitur ſecundò contra primum & ſecundum articulos prædictos hoc modo. Si Rex Romanorum ex electio-

Germanorum verò Rex VI. ſucceſſit in Imperio: & nomine Conſtantiæ, Rogerii Normani utriuſque Siciliæ Regis filiæ, quinquagenariæ & vetulæ monialis) quam Cœleſtino III. auctore Anno M.C.LXXXVI. ipſe viginti annos natus uxorem duxerat) poſt obitum Gulielmi Conſtantiæ fratris Siciliam obtinuit, & per mortem Friderici Philippum fratrem Sueviæ Ducem fecit; filium verò Fridericum natu trium annorum in Regem Romanorum eligi fecit. Quem paullo pòſt moriens Meſſanæ commendat Philippo fratri, cui regnorum & Imperii adminiſtrationem committit, donec puer maturus ætate fieret. Quam curam ſuscepit Philippus nomine pueri Friderici. Sed cum non ſatis eſſet auctoritatis in tutore, electus eſt ab aliquibus Principibus in Regem, & coronatus Moguntiæ. Quod cum ægrè ferret Innocentius III. ejus impulſu ab aliis Principibus in Regem Roman. eligitur & coronatur Otho, Ducis Saxoniæ filius: quem per legatum confirmavit, & ad querelam Electorum reſpondit ille in hoc capitulo. Philippus tamen adverſus crebras & duras excommunicationes & maledictiones Papæ ſemper prævaluit, & Othonem ſæpius fudit. Tandem Anno M. CCVIII. poſt multas Germanorum ſtrages pace factâ, filiam (quam Innocentius III. pro nepote ſuo ambierat) Othoni deſpondit Philippus; & mox cum primùm incepiſſet quieſcere, & corpus curare, à Palatino Comite proditoriè (incertum, quo inſtinctu) occiditur Bambergæ. Dehinc Ottho ab Innocentio III. Romæ coronatur, & ab eodem, triennio pòſt deponitur. Hæc Carolus Molyneus in ſuis additionibus ad gloſ. ejus capituli. Quod totum accuratè examinat & refellit ſummi judicii Philoſophus, Marſilius Patavinus, in De fenſore Pacis Parte II. cap. 26. pag. 383.

electione concordi, vel à majori parte Principum electorum, poteſt ſtatim adminiſtrare jura & bona regni & imperii, ut dicunt prædicti articuli, primus & ſecundus: ergo unctio & coronatio quæ Regi Romanorum Aquiſgrani per Archiepiſcopum Colonienſem; item unctio & coronatio quæ per Archiepiſcopum Mediolanenſem in villa Modicenſi ſecundariò eidem, ante unctionem & coronationem imperialem conſuevit impendi (ut de his coronationibus notat Ioan. And. Ext. de jurejur. c. Romani, in Clementinis) videntur ſuperfluæ & inanes. Hoc autem eſt abſurdum & inconveniens: non enim videntur binæ unctiones & coronationes hujuſmodi, ante unctionem & coronationem imperialem abſque rationabili cauſa inductæ. Cauſa autem hujus non videtur alia, niſi quòd ex unctione & coronatione Aquiſgrani in Germania & Gallia Belgica & in aliis provinciis regni citramontanis, & ex unctione & coronatione in villa Modicenſi in Italia poſſit adminiſtrare: & ſic id non poterit ex electione Principum electorum. Circa hanc oppoſitionem eſt ſciendum, quòd quidam voluerunt dicere, quòd Rex Romanorum auctoritatem adminiſtrandi recipit ab Archiepiſcopo Colonienſi: ad illum enim pertinet eidem Regi primam unctionem & coronationem impendere, ut jam dixi, & hanc opinionem recitat. Inn. Ext. de elect. c. venerabilem. Sed hæc opinio non eſt vera. Cum enim Rex Romanornm ex ipſa electione Principum electorum, auctoritatem adminiſtrandi plenariam conſequatur, ut ſufficienter ſuprà in 5. & 6. capitulis eſt oſtenſum: non ergo ipſam conſequitur ab Archiepiſcopo Colonienſi prætextu unctionis & coronationis prædictarum, vel alio quocunque, niſi ex electione Principum electorum duntaxat. Reſtat ergo pro oppoſitione præmiſſa tollenda, cauſam aſſignare quare Rex Rom. ante unctio-

Coornatio regalis Aquis, & Modoëtia.

Digitized by Google

unctionem & coronationem imperialem binas unctiones & coronationes recipit ante dictas. Circa quod eſt ſciendum, quòd (c) ritus unctionis regum Chriſtianorum ex præcepto veteris Teſtamenti eſt inductus. Legitur enim 1. Reg. 9. cap. quòd Dominus præcepit Samueli, ut ungeret Saul ducem ſuper populum Iſraël, & quòd fecit, ut patet ibi 10. cap. Item etiam legitur de David 1. Reg. 17. Item legitur de Salomone rege, qui fuit unctus per Sadoch ſacerdotem, & Nathan prophetam, 3. Reg. cap. 1. Idem etiam legitur de aliis Regibus unctis ex præcepto Domini per Heliam Prophetam, ut patet originaliter 3. Reg. cap. 19. & tranſumptive Ext. de ſacra unctione, cap. uno, verſ. unde in veteri: ubi etiam dicitur, quòd in novo Teſtamento unctio regis vel principis à capite ad brachium eſt tranſlata. (d) Coronationem autem Regum credo ex ſola generali, nedum Chriſtianorum ſed etiam Paganorum & genti-

Vnctionis regalis origo.

(c) *Ritus unctionis*) Jam inde ab Iſraëlis Regibus uſurpatus, ut 1. Reg. cap. 14. c. plerique 2. q. 7. c. judices. 1. q. 2. c. 1. Ex. de ſac. unct. vide Polyd. Vergil. lib. v. de inventor. rer. cap. 3. Alcuinus in lib. De ceremoniis Baptiſmi, cap. De unctione cap. *Poſt hoc ſalutare lavacrum liniτur caput ejus ſacro chriſmate, unde Sacerdotes, & Reges unctos eſſe novimus in veteri teſtamento. Ut intelligat Baptiſatus, Regale, ac Sacerdo-immacutale myſterium ſe accepiſſe, quia illius corpori adunatus eſt, qui Rex ſummus & Sacerdos eſt verus: & regnum ſperare debet perpetuum & hoſtias lata converſationis DEO ſemper offerre.*

(d) *Coronationem Regum*) omnium gentium, etiam barbararum, ab omni ævo mos fuit, Reges & Principes ſuos, atque etiam Sacerdotes, eximio aliquo ornamento, & præcipuè in capite honeſtare: ſive ex herbis vel floribus, ſive panno gemmis diſtincto, ſive etiam plumis penniſque, ut hodierni Indi ſolent. Inde coronæ, diademata, tiaræ, mitræ, infulæ. De Coronarum inventione, diverſitate & uſu vide ſis Polydor. Vergil. lib. 2. cap. 17. & ingens quod modò prodiit opus Stephani Paſchalii, Regii Conſiliarii, Pariſiis, 1610.

(d)

gentilium conſuetudine introductam. His præmiſſis, ad dictam oppoſitionem reſpondendo dico, quòd Rex Romanorum ungitur juxta ritum omnium Regum Chriſtianorum ex præcepto veteris Teſtaméti præmiſſo inductum: coronatur autem juxta conſuetudinem generalem & laudabilem, tàm apud Reges Chriſtianos quàm etiam paganos & gentiles communiter obſervatam. Quòd autem bis Rex Rom. ungitur & coronatur ante unctionem & coronationem imperialem (ut eſt dictum) hoc reputo propter duo regna Principalia, quæ habet, fuiſſe introductum. Primum eſt regnum Germaniæ, cui acceſſit regnum Lotharienſe ſeu Lotharii, ut patet ex dictis ſuprà in capitulo quinto. Et idem dico de regno Arelatenſi, vel regno Burgundiæ, quod Ottho primus (e) (ut refert Chronica Francorum) in ſuam poteſtatem accepit: unde ratione hujus regni Germaniæ, cui dicta regna acceſſerunt, Rex Romanorum, primò ungitur & coronatur Aquiſgrani. Hic enim locus eſt caput regni, ut etiam notat Hoſtienſis in Summa de princip. & reg. §. Cui confitendum, ſub §. cui Imperator. Cui etiam concordat dicta Chronica Godfridi dicens, quòd Carolus Magnus ibi principalem ſedem regni Francorum conſtituit. Secundum regnum eſt regnum Italiæ, ratione cujus (f) in dicta villa Modicenſi (ut præmittitur) ungi & coronari conſuevit. Volebant enim & Italici, ſicut Germani, circa coronationem regalem

(g) Italici

(e) *Vt Chronica Franc.*) Verba ejus ſunt in Anno DCCCCXXXV. *Rex autem Otho non contentus regno paterno, abiit in Burgundiam, & Regem cum regno accepit in ſuam poteſtatem.*

(f) *In villa Medicenſi*) Quæ & Modoëtia, de qua plura notavimus ad P. Andloum.

(g) *Italici*

(g)Italici regni ſuam ſibi conſuetudinem obſervari: nec immeritò. Magni enim faciunt provinciales ſervari ſibi conſuetudinem ſuam, ut dicit ff. de off. proconſ. l. obſervare. § & hoc cum. & l. ſi aliquam. Circa quod eſt notandum, quòd etiam dato, quòd Italici Regem Rom. ad adminiſtrationem regni Italici, niſi coronatione in dicta villa Modicenſi; vel etiam Germani ad adminiſtrationem regni Germanici, niſi coronatione Aquiſgrani prius habitis, nollent admittere: non tamen propter hoc Rex Romanorum reciperet poteſtatem adminiſtrandi ex coronationibus hujuſmodi, ſed potius ex electione Principum, ut oſtenſum eſt ſuprà capite quinto. ſed hæc poteſtas adminiſtrandi remaneret impedita, quouſque coronationes prædictæ fierent ratione conſuetudinis, quam in hoc ſibi ſervari vellent, tàm Italici quàm Germani. Vel poſſet dici, quòd ratione dictæ conſuetudinis fingeretur nondum electus, quouſque dictæ coronationes ſibi impenderentur: juxta ea quæ in ſimili materia de confirmatione electionis & inſtallatione Prælati not. Innoc. Ext. de cauſ. poſſeſſ. c. cum ſuper, in prima gloſſa circa princip. Non igitur ſuperfluæ & inanes ſunt unctiones & coronationes prædictæ, ſed ex cauſis jam dictis rationaliter ſunt inductæ. An autem Rex Romanorum poſt unctionem & coronationem imperialem, quas poſt duas præmiſſas unctiones & coronationes recipit ab Eccleſia Romana, aliquod novi juris ultra nomen Imperatoris conſequatur, de hoc dicam infrà in c. ſequenti, in ſecunda oppoſitione.

XI. *In*

(g) *Italici ſuam conſuetudinem*) Perantiquam quippe illam, à Longobardorum Regibus repetitam. De qua quædam notabilia ex Caroli Sigonij Regno Italiæ decerpta ſcripſimus ad Andloum p. 92.

CAPUT. XI.

In quo formantur duæ oppoſitiones contra prædictum tertium articulum; & ſolvuntur.

Contra tertium verò articulum prædictum, in eo quod ibi dicitur, quòd Rex Romanorum habet eandem poteſtatem, quam habet Imperator, opponitur de l. bene à Zenone. in fi. C. de quad. præſcript. ubi Imperator non concedit privilegium ante infulas imperiales ſuſceptas, per quarum ſuſceptionem intelligimus coronationem Imperialem. Et ſic videtur, quòd Rex Rom. non habet eandem poteſtatem in conceſſione privilegiorum, quam habet poſtea factus Imperator. Ad hanc oppoſitionem (ſalvo ſemper majorum meorum judicio) dico, quòd quid ſit in hoc tenendum de jure civili, id determinationi dominorum Legiſtarum relinquo, qui de hoc tractant in præallegata l. bene à Zenone, & maximè dominus Cynus de Piſtorio, de quo aliquid tractat Wilhelmus (a) in Speculo de reſcripti præſent. §. fin. verſ. item quod eſt obtentum. Tamen ex quo Carolus Magnus, in cujus perſonam tranſlatum fuit imperium de Græcis (ut ſæpè dictum eſt) multa conceſſit privilegia in Italia, & in aliis partibus regni & imperii Francorum ante unctionem & coronationem imperialem, quæ hodierno die in multis reperiuntur Eccleſiis, & hoc fecit juxta morem aliorum regum Italiæ ac etiam Francorum prædeceſſorum

(a) *In ſpeculo § fin.*) ubi Johannes Andreas in additionibus allegat hunc Lupoldum noſtrum: quod cum ab homine Italo fiat (qui Germanorum noſtrorum nomini & famæ non æquiſſimi eſſe ſolent) quanto ſ.nè ipſi ornamento cedere debent, manifeſtum eſt.

(b) *Hiſtoria*

ceſſorum ſuorum, necnon juxta conſuetudinem generalem omnium aliorum regnorum occidentalium, quorum Reges concedunt privilegia in ſuis regnis. Et idem poſt eum fecerunt ſui ſucceſſores in dictis regnis & imperio, ut videri poſſet ex diverſis privilegiis per eos multis Eccleſiis ac civitatibus & locis aliis Germaniæ, ac aliarum provinciarum regni & imperii conceſſis. Ergo & hodie ſaltem ex conſuetudine generali, à tempore cujus contrarii hominum memoria non exiſtit, introducta, quæ eſt optima legum interpres, ut ff. de legib. & ſenat. l. ſi de interpr. & Ext. de conſuet. c. cum dilectus, poterit Rex nondum coronatus in Imperatorem dare præmiſſa privilegia. Unde legitur in præmiſſa (b) Hiſtoria Francorum, quòd Pipinus pater dicti Caroli Rex Francorum dedit Eccleſiæ Romanæ civitatem Ravennæ cum quinque civitatibus ad eam pertinentibus: & tamen hic nunquam factus fuit Imperator. Carolus etiam prædictus (ut patet ex Chronica Martini) antequam eſſet Imperator, Romam veniens, confirmavit Eccleſiæ Romanæ omnia, quæ pater ſuus Pipinus dederat eidem, adjuncto ducatu Spoletano & Beneventano. Et hoc indiſtinctè credo verum in privilegiis quæ concederet Eccleſiis, vel aliis quibuſcunque terris & provinciis hodie ſubjectis regno & imperio: cùm omnes eas habuerit Carolus ante tranſlationem imperii, ut plenius ſuprà dictum eſt. In aliis autem terris & provinciis, quas non habuit idem Carolus dicto tempore, & quæ nec adhuc ſunt, ſaltem de facto, de regno & imperio, credo quòd non poſſet concedere privilegia virtute prædictæ conſuetudinis ante unctionem & coronationem hujuſmodi. Sed credo, quòd

(b) *Hiſtoria Francorum.*) Et totidem verbis Regino ad Annum DCCLV. necnon Annales Fuldenſes.

Digitized by Google

quòd poſt coronationem imperialem ea de jure concedere poſſit, juxta ea quæ dicam in ſequenti oppoſitione. Et licet fortè de facto tali privilegia non admitterentur vel reciperentur; tamen admittenda eſſent, cum contra obedientiam, ad quam tenentur Imperatori alii Reges, non videatur currere præſcriptio, ut jam dicam.

Item opponitur ſecundò contra eundem tertium articulum de canone 23. Diſt. c. in nomine Domini, verſ. eligatur autem, ibi: & factus Imperaror, &c. & de c. venerabilem, §. verum, ibi: eligendum in regem Imperatorem poſtmodum promovendum, Ext. de elect. & c. Romani, verſ. poſtquàm, de jurejur. in Clem. ubi dicitur: *Ego enim Rex Romanorum, & futurus Imperator.* Ex quibus omnibus capitulis patet, quòd primò quis efficitur Rex & poſtmodum futuro tempore Imperator. Et ſic Rex non videtur habere eandem poteſtatem, quam Imperator: cùm Rex prius exiſtens, poſtmodum promoveatur in Imperatorem, & ſic aliquid plus importet promotio in Imperatorem, quàm in Regem. Circa hanc oppoſitionem ſciendum eſt, quòd ſi vellemus ſequi (c) pronunciationem principum Germaniæ, de qua notat Hoſt. Ext. de verb. ſig. c. ſuper quibuſdam, ſcilicet quòd unctio non det, niſi nomen Imperatoris, tunc haberemus dicere, quòd promotio Regis Romanorum ad Imperatorem eſſet verbalis & non realis. Sed quia videtur quodammodo abſurdum & ridiculoſum, quòd hæc promotio ad imperium, quæ fit per unctionem & coronationem imperialem, fiat propter nomen

(c) *Pronunciationem Principum Germanor.*) Quam ſub Ludovico Bavaro Imp. factam edidit etiam Nauclerus Generat. 45. fol. mihi 886. Albericus de Roſate in L.3. C. de quadrienn. præſcript. Hieron. Balbus Epiſcop. Gurcens. in lib. De Coronat. infr. cap. 18. Accedit eorundem Principum declaratio per epiſtolam expoſitia Benedicto XII. PP. Tomo noſtro 1. Hiſtor. German. fol. 427.

(a) *Per-*

men Imperatoris tantummodò conſequendum: idcirco ad hanc oppoſitionem aliter reſpondeo, dicendo quòd (ſicut apparet ex tenore tertii articuli antedicti (non dico nec dixi in eodem articulo, quòd Rex Romanorum poſt electionem concordem Principum, vel à majori parte ipſorum de ſe factam, habeat eandem poteſtatem omnino & ſimpliciter quam habet Imperator, ſicut principes Germaniæ pronunciarunt, ut etiam recitat Hoſtien. prædicto cap. ſuper quibuſdam: ſed dixi & dico, quòd habeat eandem poteſtatem quam habet Imperator in Italia, & in aliis provinciis & terris hodie ſubjectis regno & imperio. Nec etiam dico ſicut dicti Principes pronunciarunt, ut not. Hoſt. in præd. c. ſuper quibuſdam, quòd unctio imperialis nihil det niſi nomen Imperatoris. Dico enim (ſalvo ſemper judicio ſaniori) quòd Imperator poſt unctionem & coronationem hujuſmodi conſequitur poteſtatem imperialem in omnibus regnis & provinciis, præſertim occidentalibus, quæ non erant ſub poteſtate Caroli M. ante tempus tranſlationis prædictæ, & quæ adhuc non ſunt ſub poteſtate imperii de facto: ita quòd poteſt in eis ſpurios legitimare quo ad temporalia, infames ad famam reſtituere, leges condere, & his ſimilia facere, quæ de jure ſunt ſolis Imperatoribus reſeruata. Item poteſt à Regibus & Principibus eorundem regnorum ac etiam provinciarum ſubjectionem exigere, quod ante unctionem & coronationem imperialem facere non poterat, niſi in his provinciis & terris quæ erant ſub poteſtate & dominio dicti Caroli ante tempus ejuſdem tranſlationis, & quæ adhuc hodie ſubjectæ ſunt regno & imperio. In his enim poteſt poteſtatem imperialem exercere, & præmiſſa facere ante unctionem & coronationem imperialem, ſaltem virtute conſuetudinis, eo jure quo id potuit Carolus, ut probatum eſt ſupra in cap. 7. Et ſic

intelligendus eſt articulus prænotatus, & ſic unctio & coronatio imperialis aliquid realitatis addit ultra nomen Imperatoris. Seu potius Rex Romanorum poſt unctionem & coronationem imperialem virtute tranſlationis imperii aliquid realis juris conſequitur, juxta ea quæ dicam infrà in c. 16 Aliàs enim niſi ſic dicamus, non poſſet dici Rex Romanorum *promoveri* (propriè loquendo) *ad imperium*, nec dici propriè *futurus Imperator*: & eſſet lex impoſita verbis & non rebus, cujus contrarium eſt faciendum, ut patet C. communia de leg. 2. & Ext. de elect. c. commiſſa. §. Porro li 6. & diſtinctio nominum non declararet differentiam rerum, quod eſt contra jura. 21. Diſt. c. clerus, & C. de codicil. l. ſi idem, ut notatur 95. Diſt. c. olim. Sciat tamen, quòd præmiſſæ oppoſitioni meæ non ſto præcisè, propterea quæ dicam infra in cap. 16. circa finem: ſed determinationem ejuſdem majoribus meis reſervo, ut dicam in prædicto cap. in fine. Licet autem reges eorundem regnorum fortaſſis non ſinerent in ſuis regnis fieri per Imperatorem Rom. adhæc tamen admittenda de jure tenentur. Imperator enim fundat intentionem ſuam in orbe de jure, ut patet 7. q. 1. c. In apib. & ff. ad l. Rhodiam de iactu. l. deprecatio. Cum ergo ad ſubiectionem & obedientiam Imperatoris teneantur, niſi oſtendant ſe eſſe exemptos, videntur peccare in his ſibi reſiſtentes: ad hoc 11. q. 3. c. qui reſiſtit, præſertim cum contra obedientiam non currat præſcriptio, ut Ext. de præſcript. c. cum non liceat, & c. cum ex officii, & de conſuet. c. cum inter nos. Et ſic ex his patet reſponſio ad dicta capit. in nomine, c. venerabilem, & c. Romani. Quia dico, quòd plus importat promotio in Imperatorem in regnis præſertim occidentalibus, quæ de facto non ſubſunt regno & imperio Romanorum, quàm promotio in Regem. ſed non plus importat hæc probat. o

batio ad imperium, quo ad Italiam & alias provincias & terras regno & imperio ſubjectas, niſi quandam intitulationem & nominationem imperialem, cum omnia poſſit in his provinciis & terris, quæ poteſt Imperator, ut ſuprà in cap. 7. plenius eſt oſtenſum.

CAPUT XII.

In quo formantur octo oppoſitiones contra dictum quartum articulum, & ſoluuntur.

CONtra quartum autem articulum præmiſſum, in eo quod ibi dicitur, *quòd electus in Regem ſeu Imperatorem Rom. à principibus vel à majori parte ipſorum, nominationem ab* (a) *Eccleſia Romana recipere non tenetur*, opponitur de c. venerabilem, §. nos itaque. Ext. de elect. ubi Innocentius Papa tertius nominavit regem Otthonem quartum, qui tamen fuit electus à majori parte Principum, ut ibi notat Innocent. & Hoſtienſis: & de c. Romani, verſ. præfatus itaque de jurejur. in Clemen. ubi dicitur, quòd Clemens Papa quintus examinata perſona quondam Heinrici Imperatoris, licet in ejus abſentia, ipſum nominavit Regem; quem tamen ab omnibus Principibus in concordia electum fuiſſe conſtet. Et ſic videtur, quòd electus in regem Romanorum, quantumcunque

(a) *Pervenit ab Eccleſia Rom.*) Id quidem Papa ita Germanis exprobrat in d. c. venerabilem & Clementinâ, Romani, de jurejur. & Æneas Sylvius ad gravamina Germaniæ, c. 81. Et Stapletonus lib. 2. de magnitud. Rom. Eccleſiæ, cap. 1. Et pervulgata fuit opinio, adeo ut etiam ad Græcos auditione pervenerit, ut patet ex Laonici loco ſuprà adſcripto ad Pag. 56. μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ τοὺς Γερμανῶν ἡγεμόνας μετενήνεκται ὁ ψῆφος τοῦ Ῥωμαίων ἀρχιερέως.

(b) Pal-

que ſit electus in concordia vel à majori parte principum nominationem regiam ab Eccleſia recipere teneatur. Ad hanc autem primam oppoſitionem dicendum eſt, quòd nominatio regia (de qua loquuntur prædicta duo cap.) eſt quædam nuda & ſimplex nominatio, qua Papa electum in Regem nominat ſeu vocat *Regem Romanorum*, nihil omnino novi juris tribuit nominato, quod etiam probatur ex prædicto c. venerabilem: nam licet ibi Papa nominavit Otthonem Regem Rom. tamen reſervavit contradictoribus poteſtatem dicendi contra perſonam ipſius electi, & contra factum electionis, ut patet ibi: in verſ. eos igitur. Et ſic apparet, quòd talis nominatio nihil ſibi juris tribuit: unde etiam non erat neceſſe, quod ipſam à Papa reciperet vel etiam peteret. Sed Papa id facit ad oſtendendum favorem quē ad ipſum habebat, juſtitia exigente, puta quia electus erat à majori parte Principum, ut ſuprà dixi. Idem etiam dico de nominatione quondam Henrici prædicti, & multo fortius: quia concorditer erat electus à Principib. ut dixi. Item contra eundem quartum titulum in eo quod ibi dicitur, *quòd electus à Principib. in concordia, non tenetur recipere approbationem ab eccleſia Romana*, opponitur de præd. c. Romani verſ. præfatus itaque, de jurejur. in Clemen. ubi dicitur, quod Clemens Papa quondam Henricum Imper. approbat in Regem Romanorum: & tamen idem fuit electus concorditer à principib. ut dictum eſt. Item in eod. ca. dicitur in § cæterum: quòd Bonifacius Octavus approbavit quondam Albertum Regem Rom. Imò (quod plus eſt) dicitur ibi, quòd aſſumpſit eum in Regem: quod plus videtur importare quàm approbatio. Et tamen hic etiam fuit electus in concordia. Item in hoc quod in prædicto articulo dicitur, *quòd electus à majori parte numero principum electorum, non tenetur petere vel recipere*

Nominatio Imp.

recipere approbationem perſonæ ab Eccleſia Rom. opponitur de c. venerabilem, verſ. quod autem. Ext. de elect. ubi dicitur, cum vota principum in electione dividuntur, Papa poſt admonitionem & expectationem poſſit alteri partium favere. Item dicitur ibidem in verſ. eos igitur, quòd reprobauit Philippum electum in diſcordia in Regem Rom. Et ſic patet ex hoc, quòd Papa tempore diſcordis electionis perſonam unius electi in Regem approbare poteſt, reliquo reprobato. Vnde videtur ex præd. c. venerabilem, quòd electus in concordia vel etiam in diſcordia, quantumcunque ſit electus à majori parte Principum, teneatur petere ac recipere approbationem à Papa & Eccleſia Romana.

Ad hanc oppoſitionem ſequendo illam opinionem, de qua ſupra dictum eſt in cap. 9. ſcilicet quòd juriſdictiones eccleſiaſticæ & ſeculares ſint diſtinctæ, & quòd utraque immediatè ſit à Deo, diceremus, quòd nec illa nec quæcunque alia conſtitutio juris canonici poſſit jurib. regni & imperii in aliquo præjudicium generare. Sed quia de hac opinione vel ejus determinatione me non intromitto, ut ibi dixi; ergo aliter ad eandem oppoſitionem reſpondeo dicendo, quòd quando in diſcordi electione regis Rom. incidit dubium facti, puta quia uterque electorum dicit ſe eſſe electum à majori parte Principum, vel alter ex electis dicit, coëlectum ſuum non eſſe electum in termino ad eligendum præfixo, vel aliud tale; in hoc caſu propter neceſſitatem facti, ſcilicet quia hîc non eſt alius judex ſuperior, Papa poteſt hoc dubium cognitione præhabita definire, juxta ea etiam quæ notat Innoc. & Hoſt. Ext. de foro compet. c. licet, & dixi etiam ſupra in c. 8. Et ſic habebit vnum approbare, reliquum verò reprobare, hoc eſt, per ſententiam definitivam declarare, quis eorum jus habeat in regno & imperio, & quis non. Et ſic debet intelligi prædictum c.

venerabilem, in verſ. quia autem, & verſ. eas. Et idem eſſet ſecundum ea quæ notat Inn. & Hoſt. in prædicto c. licet, quando incideret probabile dubium juris, puta quòd unus eſſet electus à duobus principibus & alius ab aliis duobus, tertius verò à reliquis principibus: hîc enim eſt dubium juris. Nam ſi dicamus, quòd electio pertinet ad eos, ut ad ſingulares perſonas, ſecundum opinionem Hoſtienſis, de qua ſupra dixi cap. 6. valet electio quæ facta eſt à tribus, tanquam à majori parte reſpectu aliorum, ſecundum ea quæ notat Vin. de præſentatione plurium patronorum Ext. de jur. pat. c. quoniam, & Compoſtell. Ext. de elect. c. Eccleſia 1. Si autem dicamus, quòd pertineat ad eos, ut collegium ſeu univerſitatem, ſecundum aliam opinionem, quæ mihi placet (ut in præd. cap. 6. dixi) tunc nulla ex his tribus valeret, quia nulla eſſet facta a majori parte collegii principum, ſecundum ea quæ notant prædicti doctores in capitulis præallegatis: & ſic aliam electionem denuò fieri oporteret. Unde in hoc caſu, vel quocunque alio, ubi dubium probabile juris incideret, Papa poſſet illud dubium, nedum propter neceſſitatem juris, ſed etiam auctoritate juris, declarare, ut patet Ex. qui fil. ſint legit. c. venerabilem. §. rationibus. Et ex hac declaratione haberet unum approbare, reliquo reprobato, vel omnes reprobare. Et ſic etiam intelligo prædictum c. venerabilem. verſ. qui autem, & verſ. eos igitur. Et ſecundum præmiſſa debet intelligi id quod ibi notat Innoc. qui dicit: *Si plures Principes eligunt, Papa de jure cognoſcet inter eos, & definiet.* Ac in his caſibus, ſi lis verteretur ſuper hoc coram Papa, uterque electus benè petere poſſet, ab eo declarari, *ſe fore Regem Romanorum ex electione à majori parte principum de ſe facta*, ac etiam ex conſequenti declarari, *ſuum coëlectum nullum prorſus jus habere in regno & imperio Romanorum.*

Digitized by Google

norum. Quando autem alius eſt electus à majori parte principum, ut in caſu noſtro, nec in hoc incidit aliquod probabile dubium iuris vel etiam facti, non eſt dicenda talis electio diſcors, nec dicuntur vota Principum dividi, ſed potius electio hujuſmodi dicitur iuris interpretatione eſſe concors, ut patet ex his quæ dicta ſunt ſupra in cap. 9. Unde tunc approbatio Papæ, vel etiam ipſius approbationis petitio, electo in Regem neceſſaria non exiſtunt. Et ſic quo ad hoc intelligi debet 4 articulus prænotatus. Nec exemplum de Lothario & Cunrado poſitum in verſ. prædicto: Qui autem, contradicit huic ſolutioni, imò potius concordat: non enim dicitur in prædicto verſiculo, nec etiam reperitur in hiſtoria Francorum & Chronica Godfridi prædictis, quæ de hoc negotio plenè tractant, quòd idem Lotharius aliquam receperit à ſede Apoſtolica nominationem vel approbationem; ſed unctionem & coronationem imperialem duntaxat ab eadem ſede recepit. De Cunrado verò, qui fuit frater Friderici ducis Sueviæ, & poſt eundem Lotharium factus fuit Imperator, hiſtoria & Chronica prædictæ non referunt, quòd fuerit electus in Regem Rom. à principib. Electoribus: ſed referunt, quòd in Italiam profectus, ſe à ſuis apud Mediolanum in regem ungi & coronari fecit, & nomen Regis aſſumpſit. Propter quod Honorius Papa II. ipſum excommunicavit: demùm poſt plures annos dimiſſo uſurpato nomine Regis, ipſius Lotharii Regis gratiam promeruit. Et hoc ultimum etiam in prædicto venerabilem, continetur. Et ſic patet reſponſio ad prædictum c. venerabilem, in contrarium allegatum. Ad id verò quod dicitur in dicto c. Romani, de Heinrico Imp. & Alberto rege prædictis, reſpondeo & dico, quòd approbatio & aſſumptio, de quibus loquitur idem capitulum, non fuerunt ipſis neceſſariæ, cum iidem ex electione concordi

Digitized by Google

principum Electorum tàm nomen Regis, quàm adminiſtrationem regni & imperii, ac etiam poteſtatem imperialem in provinciis ſubjectis regno & imperio, ex generali conſuetudine fuerint plenariè conſecuti, ut ſuperius in c. 5. & 7. apparet. Nomen autem Imperatoris, & ſi quid aliud juris competit Imperatori plus quàm Regi, poterant conſequi poſt unctionem & coronationem imperialem, ut etiam ſuprà in c. 7. dictum eſt. Et ſic approbatio vel aſſumptio neceſſariæ non fuerunt. Sed Bonifacius & Clemens Romani Pontifices præfati, approbationem vel aſſumptionem hujuſmodi fecerunt de quadam ſolennitate, ex ſuperabundanti cautela, ſcilicet ut ſciretur ab omnibus propoſitum eorundem Rom. pontificum, qui decreverant Heinricum & Albertum prædictos ungere & coronare in Imperatores. Et hoc ſcilicet, quòd approbatio vel aſſumptio prædictæ petendæ non erant, & ſic de neceſſitate nec recipiendæ, ſatis apparet ex prædicto c. Romani. Nam non apparet ibi, quòd dictus Heinricus à prædicto Papa Clemente approbationem perſonæ petierit, ſed ſolummodò petiit ſeu dedit nunciis ſuis mandatum petendi, ſibi per manus ejuſdem Clementis impendi unctionem, conſecrationem, & Romani imperii diadema, ut ibi patet in verſ. dictus namque. Neque etiam apparet ex eodem c. Romani, in prædicto §. cæterùm, quòd præfatus Albertus à dicto Bonifacio Papa petiverit approbationem vel aſſumptionem in Regem Romanorum. Quas etiam approbationem vel aſſumptionem, ſi prædicti Heinricus & Albertus ab eiſdem Romanis pontificibus petiviſſent & obtinuiſſent, iſtamen eorum ſucceſſoribus in regno & imperio, ac principibus Electoribus, & aliis principibus, & populo Germaniæ, & aliis ſubjectis regno & imperio, in juribus ejuſdem regni & imperii præjudicare non debet, ut inferius in ultima oppoſitione contra

jura,

Digitized by Google

jura regni & imperii facta, in c. 14. plenius oſtendetur.

Item contra eundem quartum articulum adhuc alio modo poteſt opponi, de prædicto c. venerabilem. §. verum, Ext. de elect. & de prædicto c Romani, in princip. de jurejuran. in Clemen. in quibus cap. dicitur, *quòd jus & poteſtas eligendi Regem Rom. in Imperatorem promovendum, pervenit ab eccleſia Romana ad certos principes Germaniæ, quos hodie vocamus Principes Electores.* Et ſic ex hujuſmodi poteſtate eligendi ad ipſos Principes ab eccleſia Romana perventione ſeu tranſlatione, ſatis congruum videtur eſſe & rationabile, quòd etiam nominatio & approbatio electionis, vel ſaltem perſonæ electi, petatur & recipiatur ab eccleſia Romana per electum in Regem & Imperatorem. Iuſtum enim eſt unicuique ſua committere, C. de Iudæis l. nemo. Ad idem 16. q. 2. c. viſis. Ad hanc oppoſitionem inhærendo his, quæ de tranſlatione imperii ſuprà cap. 4. & de unctione & coronatione imperiali dixi ſuprà capite proximo, dico (ſalvo ſemper meliori judicio) quòd id quod dicitur in prædictis duobus c. venerabilem, & c. Romani, ſcilicet jus & poteſtatem eligendi perveniſſe ad dictos Principes ab eccleſia Romana, poteſt intelligi dupliciter. Primo modo, quòd electus in Regem à Principibus, conſequitur per auctoritatem Eccleſiæ regendarum provinciarum & terrarum, hodie regno & imperio ſubjectarum: quas omnes habuit Carolus Magnus ante tempus tranſlationis imperii, & etiam poteſtatem exercendi actus à jure Imperatori reſervatos in eiſdem prouinciis & terris, & iſto modo non pervenit ad eos ab Eccleſia hæc poteſtas eligendi: ſed potius ab Otthone III. Imp. de conſenſu principum & populi regno & imperio ſubjectorum, expreſſo vel ſaltem tacito, & hujus ratio eſt. Certum eſt, ſi ante tempora inſtitutionis Electorum hujuſmodi, quæ facta fuit

tempore prædicti Otthonis (ut patet ſuprà in c. 2.) vacaſſet regnum Romanum: principes & populus ſubjecti regno, circumſcripta ſucceſſione generis, potuiſſent elegiſſe ſibi regem de jure gentium, ut patet ff. de juſt. & jur. l. ex hoc jure, cum ibi notatis. Qui electus ex tali electione, conſecutus fuiſſet regimen provinciarum & terrarum eidem regno ſubjectarum, eodem jure gentium, ut viſum eſt ſuprà c. 5. ac etiam poteſtatem exercendi actus à jure Imperatori reſervatos in iiſdem provinciis & terris: & hoc virtute conſuetudinis, ut oſtenſum eſt ſuprà in cap. 7. quæ conſuetudo etiam eſt jus, ut patet 1. Diſt. c. conſuetudo, & Inſtit. de jur. nat. gent. & ciu. §. ex non ſcripto. Et ſic ex conſequenti, Principes & populus hujuſmodi potuiſſet poteſtatem eligendi regem, in alium vel alios, illa vice vel perpetuò etiam transtuliſſe. Iuſtum enim eſt, ut unicuique res ſua diſponenda committatur, ut jam ſuprà dictum eſt. Ergo à pari vel fortiori ratione potuit idem Ottho Imp. de conſenſu principum & populi prædictorum expreſſo, vel ſaltem tacito inſtituere, ut ad certos Principes perpetuis temporibus perveniret jus & poteſtas eligendi Regem, qui præmiſſam poteſtatem haberent in provinciis & terris hujuſmodi exercendi. Majorem enim poteſtatem, vel ſaltem parem habet Rex ſeu Imperator vel alius princeps quicunque cum conſenſu principum & populi ſubjectorum, faciendi ordinationes in regno vel principatu, quam habeant Principes & populus hujuſmodi vacante regno & Principatu: ut de ſe notum exiſtit. Ex quo ergo (ut ex jam dictis apparet) Ottho prædictus de conſenſu principum & populi ſibi ſubjectorum, potuit inſtituere de jure Electores prædictos. Ergo in hoc Papa vel eccleſiæ Romanæ auctoritas neceſſaria non fuit. In his enim quæ à jure competunt, non eſt alicujus etiam ſuperioris auctoritas neceſſaria, 28. Diſt. c. de

c. de his, ff. de condit. & inſtit. l. quæ ſub condit. §. fin. cum ſimil. Secundo verò modo poteſt intelligi hanc poteſtatem eligendi perveniſſe ad Principes Electores, ſic ſcilicet, quòd electus ab eis per ipſam Eccleſiam Rom. ſeu ejus auctoritate conſequatur nomen Imperatoris, & poteſtatem imperialem, ſeu actus Imperatori reſervatos exercendi in aliis provinciis & terris, quæ de facto non ſubſunt regno & imperio Rom. & quas non habuit Carolus Mag. tempore tranſlationis imperii ſæpe dictæ, ſeu ante tempus tranſlationis hujuſmodi ſub ſua poteſtate. Et hoc ſecundo modo poteſtas eligendi Regem ſeu Imperatorem ab Eccleſia Romana pervenit ad principes Electores, & ſic prædicta duo c. in contrarium allegata intelligo. Hæc enim auctoritate ipſius Eccleſiæ, virtute dictæ tranſlationis imperii, conſecutus fuit Carolus Magnus, in cujus perſonam tranſlatio imperii de Græcis facta dinoſcitur, & deinde poſt eum ſui in regno & imperio ſucceſſores, ut viſum eſt ſuprà in cap. 4. Unde etiam credo quòd Rex Romanorum, quo ad hæc præmiſſa conſequenda, petere conſuevit à Papa & Eccleſia Ro. poſt electionem ſuam, ſibi unctionem & coronationem imperialem impendi. Sicut etiam fecit Imperator Heinricus ſeptimus, ut patet Ext. de jurejur. c. Romani. §. præfatus namque. Poſt quas unctionem & coronationem, præmiſſam poteſtatem cum nomine Imperatoris conſequitur, ut etiam ſuprà in c. præcedenti dictum eſt. Unde nominationem vel approbationem aliam petere vel recipere non tenetur. Vel poſſet dici, quòd Reges Romanorum ex ſola conſuetudine, non propter poteſtatem aliquam imperialem, ſed propter nomen imperiale duntaxat conſequendum petunt ſibi ab Eccleſia Rom. unctionem & coronationem imperialem impendi, ſecundum ea quæ dicam infrà cap. 16. in fine. Et quòd poteſtatem imperialem conſequuntur ſtatim ex *Imperatorium, nomen.*

tim ex

tim ex electione Principum Electorum, virtute tranſlationis imperii de Græcis in Germanos, juxta ea quæ dixi ſuprà & in cap. 4.

Item contra dictum quartum articulum opponitur de gloſſa Iohannis poſita 93. Diſt. legimus, ubi ſic dicit: *Ex ſola enim electione dico eum verum Imp. antequam à Papa confirmetur, licet ita non appelletur.* Ergo Iohannes innuit in hac gloſſa, quòd electus à Principibus in Regem & Imperatorem, ad hoc ſaltem ut appelletur Imperator, confirmationem ſeu approbationem à Papa & Eccleſia petere & recipere teneatur. Ad hanc oppoſitionem dico, quòd intelligi debet dicta gloſſa de ea confirmatione vel approbatione, quæ fit per unctionem & coronationem Papæ. ex qua conſequitur nomen Imperatoris & alia jura imperialia in provinciis & terris, quæ de facto non ſubſunt imperio, de quibus juribus dictum eſt ſuprà in capitulo præcedenti. Nam Papa ungendo & coronando eum Imperatorem, conſentit promotioni ſuæ ad imperium: & ſic tacitè ipſo facto dicitur eum confirmare vel approbare. Et talis tacita confirmatio vel approbatio per unctionem hujuſmodi, dat ſibi nomen Imperatoris, & poteſtatem jura imperiala in provinciis & terris, quæ de facto non ſubjectæ ſunt imperio, exercendi, ut dictum eſt ſuprà in oppoſitione præcedenti. Nec alia confirmatio vel approbatio Papæ requiritur: ad quod benè facit. text. de electione, capit. venerabilem, §. verum. verſ. nunquid enim, ubi ſic dicitur: *Nunquid enim ſi Principes non in diſcordia, ſed etiam in concordia, ſacrilegum quencunque vel excommunicatum in regem, tyrannum vel fatuum, hæreticum eligerent, aut paganum, nos inungere, conſecrare ac coronare hominem hujuſmodi deberemus? abſit omninò*, & non dicit: *Approbare hominem hujuſmodi deberemus.* Ex quo ſatis colligitur, quòd ſufficit Regi Romanorum

manorum tacita Papæ per unctionem & coronationem imperialem approbatio & confirmatio. Nam ſi requireretur expreſſa confirmatio vel approbatio Papæ, utique dixiſſet. Ad idem facit & c. venerabilem. §. quod autem, ibi: *poſtquam à nobis unctio, conſecratio & coronatio poſtulantur.* Non dicit: *poſtquam à nobis nominatio vel perſonæ approbatio poſtulatur.* Unde notat Innoc. in prædicto c. venerabilem, in gloſ. arg. quod ſic. quòd in coronatione Imperatori tribuitur confirmatio: quod dicit ex eodem cap. parére. Sufficit ergo illa tacita perſonæ ipſius Regis approbatio ſeu confirmatio, per unctionem & coronationem hujuſmodi, ut prædixi. Et ſimile hujus etiam notat de dignitatibus eccleſiaſticis, 63. Diſt. c. quia igitur: ubi notatur, quòd ſunt plerique Archiepiſcopi, quorum confirmatio non petitur à Papa, ſed tantùm pallium: & tunc eo ipſo quòd recipiunt (b) pallium à Papa, intelliguntur ab ipſo confirmati, ut ibi notatur.

Item contra eundem quartum articulum, quintò ſic opponitur: Ad Papam & ad Eccleſiam Rom. pertinet Imperii Rom. diſpoſitio & tranſlatio, cum ipſum de Græcis tranſtulerit in Germanos, ut Ext. de elect, c. venerabilem. §. verum. & de jurejur. c. Romani circa princ. in Clemen. quod eſt majus quam nominatio, vel perſonæ approbatio ipſius Regis ut de ſe notum eſt: ergo etiam nominatio & approbatio ejuſdem ad Papam & eccleſiam Romanam pertinebit. Quod enim in majori conceditur, licitum etiam eſſe videtur in minori, ut Ext. qui filii legitim. cap. per venerabi-

(b) *Pallium*) Quia priſca conſuetudo retinuit, ut honor pallii niſi exigentibus meritis cauſarum, & fortiter poſtulanti dari non debeat, ait Gregorius I. lib. vii, epiſt. 5. Et in pallio dicitur eſſe plenitudo Pontificalis officii. Ergo conceſſo conſequenti. &c.

Digitized by Google

nerabilem. poſt principium. Ad idem Ext. de regulis juris, c. cui licet, libro 6. cum concordantiis additionum. Ad hanc oppoſitionem ſecundum quoſdam reſponderi poteſt, quòd prædicta tranſlatio imperii non ab eccleſia Romana, ſed (c) potius à populo Romano robur habuit & vigorem: & huic reſponſioni Chronicæ de imperii tranſlatione loquentes, favere videntur. Referunt enim, quòd Leo Papa III. *populo Romano petente & adclamante*, Carolum Magnum in Romanorum Imperatorem creaverit, ut ſcripſi ſupra cap. 1. & 2. in fine. Et pro hac reſponſione facit etiam opinio quorundam, quæ habet, quòd populus Romanus hodie poſſet leges condere, juxta ea quæ notantur ff. de leg. l. non ambigitur. Nam ſi populus Romanus, ſecundum opinionem prædictam, hodie legem condere poſſet, pari ratione videtur, quòd idem populus poſſit imperium, à quo poteſtas leges condendi dependet, de una gente ad aliam, præſertim ex rationabili cauſa, transferre. Sed hæc reſponſio, ſalvo meliori judicio, mihi non placet. Ex quo enim imperium Romanorum tempore dictæ tranſlationis, & etiam longo tempore ante ipſam non fuit apud Romanos,

(c) *Potius à populo Romano*) Atque ita Annales Francorum veterrimi dicunt: *Carolus Auguſtus à Romanis appellatur*. Et Anaſtaſius Bibliothecarius in Leone III. *Tunc univerſi fideles Romani videntes tantam dilectionem & defenſionem, unanimiter altiſonâ voce exclamârunt &c.* Martinus Polonus. *Anno Irenes ultimo Romani omnium uno conſenſu, Carolo Regi Francorum Imperatorias laudes adclamant, eúmq; per manus Leonis Papæ Cæſarem & Auguſtum appellant.* in qua adclamatione (quam & *Laudationem*, εὐφημίαν dicebant) tunc temporis etiam apud Novæ Romæ populum electio & approbatio Imperatoris conſiſtebat, ut in hiſtoria Miſcella ejuſdem Anaſtaſii ſubinde legimus. Addit Ado & Regino: *perfectis Laudibus à Pontifice more Principum antiquorum adoratus eſt: atq; ablato Patricii nomine, Imperator & Auguſtus ſalutatur.* Quod notandum cenſeo.

(d) *Diſti-*

Romanos, ſedapud Græcos, nec etiam hodie apud Romanos,ſed apud Germanos exiſtat;non occurrit ratio quare populus Romanus tempore tranſlationis prædictæ habuerit, vel etiam hodie habeat majorem poteſtatem circa tranſlationem imperii, quam quicunque alius populus imperio Romano ſubjectus. Et eadem ratione puto, quòd populus Romanus hodie leges condendi non habeat poteſtatem, per l. ult. C. de leg. Et hanc opinionem tenet Ioh. & Acc. in d. l. non ambigitur, quam etiam approbat Hoſtienſ. in ſumma de conſtit. §. quis. Poſſet tamen ſatis probabiliter dici, quòd populus Romanus, ſumendo ipſum non tantùm pro populo civitatis Romanæ ſed pro toto populo Romano imperio ſubjecto, ſecundum id quod not. 2. Diſt. c. jus Quiritum. etiam hodie habeat, præſertim vacante imperio, poteſtatem leges condendi, ac imperium ex cauſa rationabili de una gente ad aliam transferendi, cum talis populus major videatur ipſo Principe, ſecundum ea quæ dicam infrà capite 17. Reprobata igitur præmiſſa reſponſione, pro evidentia ſolutionis hujus oppoſitionis, ſciendum eſt, quòd Papa & eccleſia Rom. caſualiter certis cauſis inſpectis, etiam in regionibus quæ non ſunt de temporali juriſdictione Eccleſiæ Romanæ, poteſt interdum juriſdictionem temporalem exercere, non tamen quòd propter hoc velit alieno juri præjudicare, & hoc poteſt facere auctoritate juris divini, ut probatur Ext. qui filii ſint legit. c. per venerabilem. §. rationibus. quòd dictum ſatis benè declarat Innoc. & Hoſtienſis poſt eum. Ext. de for. compet. c. licet: ubi dicunt, quòd licet in multis ſint diſtincta officia & regimina mundi & eccleſiæ, tamen quandocunque neceſſe eſt, ad Papam recurrendum eſt, ſive ſit neceſſitas juris, & judex dubius eſt quam ſententiam proferre debeat; vel neceſſitas facti, quia alius non eſt judex

 ſuperior,

Digitized by Google

ſuperior, vel non poteſt jus reddere, vel qualitercunque judex nolit, vel non poſſit juſticiam exercere. Et allegat prædictum c. per venerabilem. Et ſic dico (ſalvo tamen judicio ſaniori) quòd Eccleſia Romana non regulariter, ſed caſualiter, ſcilicet propter neceſſitatem facti, quia non erat hic alius ſuperior, qui tranſlationem imperii faceret, & certis et rationalibus cauſis inſpectis (de quibus dixi ſuprà cap. quarto) fecit eandem tranſlationem imperii, quod eſt maximum negotium juriſdictionis ſecularis. Et hoc potuit ex jure divino, per ea quæ leguntur in dicto § rationibus. Et ſic non concluditur ex hoc, quòd ad eandem Eccleſiam pertineat nominatio vel approbatio perſonæ electæ in Regem vel Imperatorem regulariter; niſi forte caſualiter aliquæ cauſæ neceſſariæ vel rationabiles interdum id expoſcerent. ſicut de tranſlatione imperii eſt præmiſſum.

Item opponitur adhuc ſextò contra prædictum quartum articulum hoc modo: Ad quem pertinet inſtitutio ad eum et deſtitutio, & econtra, ut videtur Ext. de hæreticis, c. cum ex iniuncto, in fine, cum concordantiis ibi notatis. Sed ad Papam & Eccleſiam Romanam pertinet deſtitutio Imperatoris, ut patet Ext. de re judic. c. ad Apoſtolicæ, libro ſexto. Ergo & inſtitutio, quæ non videtur eſſe aliud niſi electi in Regem vel Imperatorem approbatio, ad Papam & Eccleſiam pertinere videtur. Soluendo hanc oppoſitionem, dico, quòd ad quem pertinet jure ordinario inſtitutio, ad eundem pertinet deſtitutio, & econtra. Secus in jure ſpeciali: poſſet enim inſtitutio in beneficiis, de quibus loquitur dictum capitulum, pertinere jure ſpeciali. puta ex privilegio, vel conſuetudine, ut electio clerici poteſt pertinere ex commiſſione ad Archidiaconum, vel alium Prælatum: ſed tamen deſtitutio ad Epiſcopum pertineret, ut ibi notat D. Ioh. And. Et ſic dico, quòd in caſu noſtro

Depoſitio Imperatoris.

(d) Im-

Digitized by Google

(d) Imperatoris deſtitutio non petineret ad Papam vel Eccleſiam Romanam jure ordinario, cum de his temporalibus regulariter ſe non habeat intromitere, ut ſuprà dictum eſt in præcedenti oppoſitione. Sed quodam jure ſpeciali ſe habet intromittere de deſtitutione ſeu depoſitione Imperatoris, ſcilicet ratione peccati enormis & notorii, de quo Imperator incorrigibilis reperiretur, ut ſuprà dictum eſt in capite decimo, in prima oppoſitione, præſertim cum hîc non ſit alius judex ſuperior, qui hanc depoſitionem facere poſſit, juxta ea quæ dixi ſuprà in proxima oppoſitione. Et ideo non ſequitur ex hoc, quòd ad eum inſtitutio ſeu approbatio pertineat Imperatoris. Vel poſſet dici ſecundum aliquos, quòd Papa & Eccleſia Romana non deſtituit vel deponit Imperatorem, ſed declarat eum ratione peccati enormis & notorii, de quo Imperator incorrigibilis reperiretur, fore deponendum vel (e) deſtituendum per Principes & alios populum regni & imperii repræſentantes, ſecun-

(d) *Deſtitutio Imperatoris,* Hi ſunt Cæſares, quos Pontifex excommunicatione percuſſos Imperio dejicere conatus eſt. Henricus IV. Henricus V. Fridericus Barbaroſſa, Philippus Friderici F. Otho IV. Saxo, Fridericus II. Cunradus Friderici F. Ludowicus Bavarus. Sed à facto ad jus non eſt conſequentia: neque ita facilis & impunis ipſi fuit hic conatus, aut omnino ad votum ſucceſſit.

(e) *Deſtituendum per Principes)* ut olim per milites Primus quem vivum ita exauguratum hiſtoriæ prodant, eſt Veteranio quidam, quem ſub Conſtantio Illyriciani exercitus Imperatorem fecerant, cætera non illaudatus. De quo Eutropius lib. 10. *Sed à Conſtantio, qui ad ultionem fraternæ necis bellum civile commoverat, abrogatum eſt Veteranioni Imperium: qui novo inuſitatoque more, conſenſu militum deponere inſigne compulſus eſt.* Neque ſanè ad alios quàm ipſos Principes, qui elegerant, degradatio etiam pertinere poteſt. Agnoſcit id Maximus Cæſar Fridericus *II.* epiſt. 3. lib. 1. ad Franciæ Regem ſcribens, & de Pontificis in ſe nulliter latâ depoſitionis ſententiâ loquens; *quam nulli,* inquit,

ſecundum ea quæ dicam infrà capite 17. Et ſecundum hoc, quod dicitur de depoſitione & privatione Imperatoris Friderici per Papam Innocentium quartum facta in prædicto c. ad Apoſtolicæ, in contrarium allegato, debet intelligi ſecundum ea quæ in oppoſitione ſequenti ſtatim dicam.

Item adhuc contra eundem quartum articulum opponitur ſeptimò, videlicet quòd Rex Romanorum ratione Germaniæ, & Galliæ Belgicæ, ac aliarum provinciarum, quæ ab antiquo fuerunt de regno Francorum, à Papa & ab Eccleſia Romana nominationem & approbationem, imò aſſumptionem recipere ſpecialiter teneatur: quod ſic probatur. Certum eſt quòd Germania, & Gallia Belgica, & omnes

quit, *noſtrorum Germaniæ Principum (à quibus aſſumptio noſtri ſtatus, ac depreſſio noſtra dependet) præſentiâ vel conſilio firmaverunt.* Neque res hæc apud ſanos homines dubitationem olim ullam habuit. Reinman von Zwetter, eques & vates vetuſtus, circa idem Friderici Imperat. II. ævum, inter alia ita canit, ad Electores:

Das Riche daſt des Keiſers niht,
Er iſt ſin pfleger vnd ſin Voget.
Ir fürſten ſehent ir iht an im
So ſchulde haſtes, davon er ſule des Riches abe geſtén;
So nemt ju einen der ju zeme,
Vnd ouch dem Riche bas dan er,
Vnd vvartent alle deme.
Sit ir dem Keiſer gram,
Die rache lant niht vber das Riche gan,
Ir ſult des Riches vvol von rehte ſchonen.
Svvenne ir dem Keiſer nu genemt die Cronen,
Svvelh juvver ſi dan ùfgeſetzet,
Der ſol das Riche vvol entladen
Beide von unrechte und von ſchaden,
So vverden vvir des Keiſers vvol ergetzet.

Et pau-

mnes aliæ provinciæ ab Aquitania uſque Bauariam, fuerunt de regno Francorum, ut patet ex dictis ſupra in c. 1. & 2. Et in hoc regno Francorum videtur habere Romana eccleſia poteſtatem ſpecialiter etiam in temporalibus diſponendi. Zacharias enim Papa Hildericum regem Francorum depoſuit, et Pipinum patrem Caroli Magni ſubſtituit in ejus locum, & Francigenas à juramentis fidelitatis ipſi Hilderico præſtitis abſoluit, ut patet ex omnibus Chronicis memoratis, & etiam ex Canone 15. q. 6. cap. alius. Et ſic ex hac magna poteſtate, quam Eccleſia Romana ſpecialiter in hoc regno etiam in temporalibus habere dinoſcitur, dicendum videtur, quòd electus in Regem & Imperatorem Romanorum ſpecialiter ratione Germaniæ & omnium aliarum provinciarum, quæ ſunt ab Aquitania uſque in Bauariam nominationem & approbationem, imò aſſumptionem ab Eccleſia Romana recipere teneatur: cum illius regni Francorum inſtitutio & deſtitutio ad eandem Eccleſiam pertinere videatur, ut patet ex jam dictis Pro hujus oppoſitionis ſolutione ſciendum eſt primò, quòd temporibus dicti Pipini, Franci ſolebant habere Reges ex antiqua ſtirpe regum, qui à Meroveo filio Clodii ſecundi regis

Et paullo poſtea.

Nu ſehent fur juh des Riches vvelere
Den ir nu vvelt, das er ſi ſchanden lere,
Und alſô das ir in verſuochent.
Werde er ju lieb, ſo ſtet im eben:
Und ſi des niht, ſo lat ju geben
Das Riche vvider zehant, ſo irs geruochent.

Experti ſunt poſtea hanc depoſitionem (quo jure, qua injuria) Otho IV. Cæſ. promulgatam apud Coloniam, Wenceslaus apud Lanſtein.

(f) *Mirt-*

Hilderici Regnis Franc. depoſitio.

regis Francorum (f) Merovingi vocati ſunt, ut patet ex dictis ſuprà in c.1. & 2. Quorum genealogia uſque ad prædictum Hildericum in eodem regno permanſit, qui Hildericus (ſicut & alii plures ſui prædeceſſores fecerant) ſolo nomine regnabat; ſed opes (g) potentia & adminiſtratio ipſius regni penes præfectos ipſius palatii erat, qui majores domus dicebantur, & hujus præfecti officio idem Pipinus

(f) *Merovingi*) Ipſe autem Meroveus unde nomen traxit? Fredegarius ſingulariter prodidit, in hiſtoriâ Miſcellâ: *Cum Chlodio Rex adhuc paganus æſtatis tempore ſuper littore maris cum uxore reſideret, meridie uxor ejus ad mare lavatum vadens terretur à beſtiâ Neptuni, qui Minotauri ſimilis eam appetiſſet. Cúmque continuvò aut ab illâ, aut à viro ſuo concepiſſet, peperit filium nomine Meroveum, à quo deinceps Francorum Reges dicti ſunt Merovingi.*

(g) *Potentia penes Præfectos palatii*) Ita videmus epiſtolam à Deſiderio Epiſcopo Cadurcorum ad Grimoaldum Palatii præpoſitum, inſcriptam hoc modo: *Domino illuſtri, totius aulæ imóque Regni Rectori, Grimoaldo majori domus, Deſiderius exiguus ſervus D E I.* Præter vernaculos teſtes Eginhartum, Warnefridum teſtantur etiam Græci. Cedrenus de Francis loquens: ἔχειν δὲ πρόοικον γνώμην αὐτῆς βασιλέως καὶ τοῦ ἔθνους, εἰς τὸ διοικεῖν πάντα τὰ πράγματα. Venericus Vercellenſis lib. de unit. Eccl. conſervand. *Theodoricus tertius frater, cujus major domus, id eſt, proviſor palatii, imò violator palatii, extitit quidam Ebroinus apoſtata.* Digniſſimi Reges Francorum illâ notâ, qua olim reprehenſus fuit Didius Julianus Imp. *Quòd eos, quos regere authoritate ſuâ debuerat, regendæ Reipub. ipſe ſibi præſules feciſſet.* apud Spartianum. Unde graviſſima commonefactio doctiſſimi Annalium Francicorum ſcriptoris Cl. Faulcheti lib. 5. cap. ult. in Childerico ultimo: *Remonſtrance aux Roys, de ne laiſſer manier leur eſtat par aultruy, & ne continuer les grands offices de pere en fils.* Idémque alibi annotat de Pipino: *Qui fut la cauſe, porquoy ce Prince parvenu à la couronne n'uſa point de ce Magiſtrat de Majre de Palais, craignant une pareille audace que la ſienne: mais retient celuy du Conte du Palais, pour ouyr les Cauſes &c.* orig. Franc. cap. x.

(h) *Miſſi*

Digitized by Google

nus velut hæreditario jure fungebatur. Qui (h) miſit ad eundem Zachariam papam, Burchardum primum Wirtzburgenſem ſeu Herbipolenſem Epiſcopum, & Volradum Archicapellanum, ut interrogarent & conſulerent eum de Regibus in Francia, qui temporibus illis non habentes regiam poteſtatem, Reges tamen vocabantur, ſi benè eſſet an non. Et Zacharias ſuper negotio hujuſmodi conſultus remandavit Pipino, *melius ſibi videri illum Regem vocari, qui poteſtatem haberet, quàm illum, qui ſine poteſtate regali manebat*, dataque auctoritate ſua dictum Pipinum regem conſtitui juſſit. Et ſic idem Pipinus à Francis electus in regem, (i) per manus ſanctæ memoriæ Bonifacii Archiepiſcopi Moguntinenſis elevatus eſt in regni Solium in Sueſſionum civitate. Dictus verò Hildericus qui falsò Rex dicebatur, attonſus eſt, & in monaſterium miſſus, prout hæc omnia in Chronicis Euſebii, Francorum, Godfridi, & Martini prædictis, ac etiam in vita beati Burchardi Epiſcopi antedicti plenè narrantur. Pipinus autem poſtea per Stephanum Papam ſecundum, immediatum ſucceſſorem dicti Zachariæ Papæ, & duo filii ſui ſcilicet Carolus (qui poſtea Carolus Magnus vocatus eſt) & Carolomannus, uncti

(h) *Miſit Burchardum Herbipolenſem*) Quem eo merito Ducatum Franciæ Orientalis à Pipino, novo Rege adeptum, Trithemius & alii ſcribunt. Extat de eo Ducali titulo elegans epiſtola Jac. Curionis Hofftheimiani Franci, ad Caſparem Dyrrobachum Wirtzburgenſem Medicum, anno 1557. ſcripta, Chronologiæ ejuſdem auctoris adjecta.

(i) *Per manus Bonifacii*) Quem eo merito prærogativam ſedis Moguntinæ, jus eligendi Germaniæ Regis, & primæ vocis in electione, adeptum, Aventinus (neſcio quâ fide) ſcribit, & ex eo Claud. Faulchet. in Carolo M.

(k) *Melius Regem vocari*) Ita ferè Galli circa Poſthumum. *Eum qui commiſſum regebat Imperium, Imperatorem appellarunt*. Treb Pollio.

 (l) *A Rege.*

uncti ſunt in reges Francorum, ut referunt prædictæ Chronicæ Euſebii & Francorum. His itaque præmiſſis dicendum eſt, reſpondendo ad oppoſitionem prædictam, quòd ad Papam & ad eccleſiam Rom. ex jure divino pertinet declaratio dubiorum, etiam in cauſis & negotiis temporalibus, nedum in Eccleſiaſticis & ſpiritualibus, ut plenè probatur in text. qui fil. ſint legit. cap. per venerabilem. §. rationibus. Et ſic Papa in caſu iſto auctoritate juris divini, ad conſultaionem dicti Pipini declaravit Hildericum, qui nomen Regis inane habebat, deponendum fore à regno per Francos: & ipſum Pipinum, qui poteſtatem regiam habebat, inſtituendum fore per eoſdem in regem. Dubium enim erat in hoc caſu ex eo, quòd regnum hujuſmodi (ut ſuprà dictum eſt) per ſucceſſionem generis debebatur: Unde ad alium non videbatur ipſo Hilderico vivente poſſe transferri. Sed quia ſolo nomine (ut prædicitur) regnabat: idcirco juxta prædictam declarationem, nomen regium eidem auferri, dictóque Pipino, qui poteſtatem & ſollicitudinem regiam gerebat, attribui, æquitate ſuadente, debebat, juxta illud: *Sire priveris, nec nomen habere mereris.* Ad hoc 68. Diſtinct. cap. corepiſcopi, & ibi notatur, & 38. Diſt. cap quæ ipſis. Unde ſecundum declarationem prædictam Zachariæ papæ Franci eundem Pipinum in regem elegerunt & inſtituerunt: & Hildericum deſtitutum in monaſterium detruſerunt, ut patet ex præmiſſis. Et ſic quod dicitur in Chronicis, quòd Zacharias data auctoritate ſua juſſit Pipinum regem conſtitui, intelligo *auctoritate*, ſcilicet declaratione præmiſſi dubii, non autem actoritate inſtitutionis ſeu conſtitutionis Pipini in regem Francorum. Et talem declarationem etiam Eccleſia Romana in quolibet alio regno facere poſſet ratione dubii, etiam in temporalibus & ſecularibus negotiis, ut patet ex

prædicto.

prædicto §. rationibus, in c. per venerabilem. Quod ergo dicitur in prædicto c. alius, in contrarium allegato, quod *Zacharias depoſuit regem Francorum*, expone, *id eſt*, *deponendum conſulit & depoſitioni conſenſit*: ut etiam ibi notat Hugo. Cui expoſitioni ſatis concordat Gloſſator, ibidem dicens in ultima gloſſa, *depoſuit*, id eſt, *deponentib. conſenſit*. Et ſimiliter quòd dicitur in eodem canone, *quòd Pipinum ſubſtituit*, expone, *id eſt*, *ſubſtituendum conſulit*, vel, id eſt, *ſubſtituentib. conſenſit*. Et hæ expoſitiones ex his quæ præmiſſa ſunt, per dictas Chronicas approbantur. Quòd autem dicitur in prædicto capitulo, quòd idem Zacharias *Francigenas à juramento abſolvit*, dic, id eſt, *abſolutos declaravit*, ſecundum Hugonem. Ex quo enim Hildericus auctoritate dictæ declarationis Papalis & Eccleſiæ, fuit per Francos depoſitus de regno, ergo Francigenæ non erant aſtricti eidem juramento fidelitatis, quod ei tanquam Regi præſtiterant, ut Ext. elect. cap. venerabilem in fine, & ſic eos non abſolvit propriè loquendo à prædicto juramento, ſed potius à juramento ejuſmodi abſolutos declaravit. Et ſic retentis dictis expoſitionibus non probatur ex illo capitulo, quòd Papa & Eccleſia Romana habeat majorem poteſtatem quoad temporalia in regno Francorum, quàm in alio quocunque regno. Unde non obſtat. Nec miretur aliquis de expoſitionibus præmiſſis: frequenter enim in Hiſtoriis & Chronicis conſimiles expoſitiones fieri neceſſe eſt, aliàs multas abſurditates in ipſis contingeret reperiri. Legitur enim in hiſtoria prædicta Francorum, quòd ſub anno Domini MCXXX. concilium ſedecim Epiſcoporum menſe Octobri à rege Lothario in Wirtzburg fuit celebratum, cui aſſuit Archiepiſcopus Ravennæ, Apoſtolicæ ſedis legatus. Ubi Gregorius (qui Petro Leoni in electione

 prævaluit)

prævaluit)(l)à dicto Rege & omnibus ibi congregatis eligitur & confirmatur. Niſi jam hæc verba, *eligitur & confirmatur*, exponantur modo jam dicto, ſcilicet *eligitur, id eſt, electioni conſentitur*, magna ſequeretur abſurditas, ſcilicet quòd electio & confirmatio Papæ pertineret ad Regem Rom. & ad epiſcopos alicujus provinciæ: quod eſſet abſurdum, ut de ſe ſatis patet. Et talis expoſitio interdum habet fieri etiam in jure. Dicitur enim in canone 63. diſt. c. ſacrorum, *quòd Epiſcopi per electionem cleri & populi ſunt eligendi*, quod exponi oportet, quo ad electionem populi de conſenſu tantum in electione præſtando. Populus enim non habet Epiſcopum eligere. 63. Diſt. c. 1. & 2. cum multis capitulis ibi ſequentibus; ſed tantùm electioni factæ conſentire. 8. q. 1. c. licet, & 62. diſt. c. 1. quod dicit, ut ibi notatur.

Item octavo & ultimo poteſt adhúc opponi, contra dictum quartum articulum de canone diſt. c. in ſynodo, ubi (m) Leo Papa cum clero & populo Romano conceſſit Otthoni primo poteſtatem eligendi ſucceſſorem in regno Italiæ, ubi notat Ioannes gloſſator, *quòd ex hoc Papa habet magam poteſtatem in Imperium*. Et ſic videtur, quòd ex hac magna poteſtate electus in regem ſeu Imperatorem Romanorum, ſaltem ratione regni Italiæ (de quo loquitur prædictus canon)

(l) *A Rege eligitur & confirmatur*) Verba ſunt Chronicæ Francorum, toties à me laudatæ ipſiſſima. Quam aliquando (Deo bene juvante) integram in lucem edemus. Quod autem heic abſurdum fore putat Lupoldus, idem alibi non tantùm ab Imperatoribus olim, ſed etiam aliis Regibus, Hungariæ, Burgundiæ, Hiſpaniæ, Angliæ, factitatum jure defendit. De zelo Princip. cap. 8.

(m *Leo Papa conceſſit Othoni*) Id conceſſionis diploma integrius extat apud Theodoricum de Nihem, in lib. de privileg. & juribus Imperii. & aliquoties allegatur à Nicolao Cuſano lib. III. de concord. Cathol. cap. 2. & alibi.

(n) Con-

canon) teneatur petere & recipere nominationem & approbationem à Papa & Eccleſia Romana. Circa hanc oppoſitionem ſciendum eſt, quòd ex quo Carolus Magnus, in cujus perſonam (ut ſæpè dictum eſt) imperium de Græcis fuit tranſlatum in Germanos, Italiam ſicut & multas alias provincias & terras, bello licito de jure gentium introducto pro ſe & ſuis ſucceſſoribus acquiſivit; & eandem Italiam Ottho primus, quæ à fidelitate regum Francorum & Germaniæ multis annis defecerat, juſto bello recuperavit, ut ex prius dictis in multis capitulis apparet; nec ex quo ipſam Italiam Carolus & Ottho prædicti ex donatione vel conceſſione Romanæ Eccleſiæ, de qua conſtare poſſit, habuerunt: non credo (ſalvo ſemper judicio ſaniori) quòd Papa & Eccleſia Romana habeant majorem poteſtatem circa Imperium in Italia, quàm in aliis provinciis & terris regni & imperii. Et ſic ex conſequenti non occurrit ratio, quare electus in Regem & Imperatorem, magis habeat petere & recipere ab Eccleſia Romana nominationem & approbationem ratione regni Italiæ, quàm ratione alterius provinciæ de regno & imperio Romanorum: præſertim cum Italia, ſicut & cæteræ provinciæ regni & imperii Francorum, venerit in diviſionem ipſius regni, ut dictum eſt ſuprà in cap. 2. Unde etiam Ludovicus Imperator ſecundus de regno & Imperio Francorum non habuit niſi ſolam Italiam. Habuit enim duos fratres, quorum unus ſcilicet Carolus habuit provinciam, & Lotharius regnum Lotharienſe, ut dictum eſt in eodem c. 2. Ad prædictum ergo can. In ſynodo, in contrarium allegatum poteſt reſponderi & dici, quòd verbum *Concedimus* poſitum in dicto Canone, ſcilicet quoad poteſtatis conceſſionem eligendi ſucceſſorem in regno Italiæ, impropriè ponitur: cum aliàs ſine conceſſione hujuſmodi id facere potuiſſet, de conſenſu ta-

Digitized by Google

men expreſſo vel ſaltem tacito principum & populi regno & imperio ſubiectorum. Sicut & aliàs verbum *Concedo* poſitum in privilegio imperiali Ludovici Imperatoris conceſſo eccleſiæ Romanæ, in canone 62. diſt. c. Ego Ludovicus, ſimiliter ponitur impropriè quo ad quædam ibi conceſſa per eundem Ludovicum, quæ Eccleſia Romana prius habuerat & tenuerat. Unde quo ad illa Hugo & Archidiaconus Bononienſis poſt eum, exponit ibidem, *Concedo, id eſt, non inquieto, non moleſto, habere permitto, non reſiſto quin pacificè habeas & poſſideas.* Sic in propoſito exponi debet, *Concedimus, id eſt, non inquietamus, &c.* ut jam expoſitum eſt. Et hoc quo ad poteſtatem eligendi ſibi ſucceſſorem in regno Italiæ: quo ad alia verò poſita in dicto Can. in ſynodo, verbum *Concedimus* propriè ponitur, cùm ea quæ ibi ponuntur, aliàs quàm ex conceſſione illius privilegii Otthoni prædicto & ſuis ſucceſſoribus minimè competebant. Nec mirandum eſt de expoſitione prædicta. Sæpè enim per privilegium (n) conceditur, quod de jure communi competit, Ext. de jurejur. c. etſi Chriſtus, de procur. c. quia petitio. & de donat. c. fraternitatem. Et tunc conſimiles expoſitiones fieri oportet, ut patet in gloſſis in prædictis capitulis poſitis. Item nota quòd contra dictum quartum articulum poſſet fieri oppoſitio ratione ſpecialis coniunctionis, quæ eſt inter Papam & Imperatorem, de qua

(n) *Conceditur, quòd de jure*) Imò non valet privilegium, quod nimis à jure communi & ordinario exorbitat: neque privilegium ſed *pravilegium* dici meretur. Et qui de tali nimiâ licentia Principi ſupplicat, ambitus damnatus fit infamis. L. 1. C. de Senatus conſult. Polycraticus de nugis curial. lib. VII. cap. 15. *Privilegio ſiquidem Apoſtolico, aut Regio precepto plurimi tuti ſunt, ne judicibus ſuis obtemperent, ne juſticiam faciant, ne legi DEI ſubditi ſint. Non reprehendo clementiam: ſed hanc indulgentiam Eccleſia DEI non arbitror expedire.*

(a) Con-

de qua notat In. & Hoſt. Ext. de for. compet. c. licet. de quis dixi ſuprà c. 7. ſcilicet quòd ratione illius conjunctiona Rex Romanorum approbationem à Papa recipere tenetur. Sed hæc ſolvi poteſt ex his quæ ibi dicta ſunt.

CAPUT XIII.

In quo formantur quatuor oppoſitiones contra dictum quintum articulum, & ſolvuntur.

Contra quintum & ultimum verò articulum, in quo dicitur *quòd Rex Romanorum non tenetur Eccleſiæ Rom. præſtare juramentum Homagij*, quod ſcilicet vaſallus præſtat domino ſuo ratione feudi, opponitur de c. ſeu palea Conſtantinus 96. diſt. vbi patet, quòd Conſtantinus Imperator primus conceſſit & donavit beato Sylveſtro Papæ, & Eccleſiæ Romanæ urbem Romam, Italiam & omnium regionum occidentalium provincias, civitates & loca. Et ſic cum poſt hoc Carolus Magnus per Leonem Papam fuerit unctus & coronatus in Imperatorem (ut ſuperius in capite ſecundo dictum eſt) videtur quòd licet utile dominium provinciarum, civitatum & locorum hujuſmodi da eum & ad ſuos ſucceſſores, ex unctione, & coronatione prædict s, ac etiam ex imperii tranſlatione pervenerit; tamen directum dominium ratione dictæ donationis Conſtantini, videtur apud Papam & Eccleſiam manſiſſe ſicuti dicimus in conceſſione rei in Emphyteoſim, quòd dominium utile tranſit in Emphyteutam, dominio directo apud dominum rei m anente vt ff. ſi ag. vectig. vel emphyt. pet. l. 1. §. final. Et ſicut dicimus in re feudali, in qua vaſallus habet utile dominium, ratione cujus rem poteſt vendicare, ut in libro Feud. Titulo de inveſt. de re al. facta c. 1. §. rei autem. Sed proprietatem

tatem, ſeu directum dominium habet dominus, ut eodem c. §. fin. & in Tit. in quibus cauſis feud. anul. c. unico. §. fin. Et ſic ex conſequenti videtur dicendum, quòd juramentum ſolitum præſtari per Regem Romanorum Eccleſiæ Romanæ, ſit juramentum fidelitatis & Homagii, quod ſcilicet vaſallus domino ſuo de feudo præſtare tenetur. Circa hoc ſciendum eſt, quòd hac de (a) donatione Conſtantini variæ leguntur opiniones: una eſt quorundam Theologorum, & etiam aliquorum Canoniſtarum, quòd donatio illa non fuit propriè loquendo donatio ſeu novi juris collatio,

Conſtatini donatio

(a) *Conſtantini* M. *Donatio*) In quam nonnulla annotavimus ad P. Andloum pag. 45. Cujus donationis fidem non obſcurè elevat Alciatus lib. 7. Parerg. cap. 19. Ejus omninò generis eſt & illud Theodoſii M. Imp. diploma, datum Academiæ Bononienſi. Quid quod & Neronis privilegium Auſtriæ conceſſum ſuper exemptione ab Imperio, fuerunt qui venditarent: quod falsè exagitat Fr. Petrarcha lib. 5. epiſt. 15. ad Carolum Imp. IV. ſcriptâ. Cæterùm Conſtantiniana illa donatio (ut de eâ hîc quoque aliquid obſervatione dignum annotemus) quæ in utramque partem doctorum hominum ingenia hactenus exercuit, qualis ſit vel non ſit per ſe ipſa loquitur ſatis. Certè ut ut non adeò nuperè nata & orta videatur, & ſub edicti vel privilegii nomine laudetur etiam ante Gratianum ab antiquioribus, Hincmaro, Adone, Burchardo, Ivone Anſelmo, Bernardo, Viterbienſi, Friſingenſi, Damiano: tamen ipsâ hiſtoriâ Actuum Sylveſtri recentiorem eſſe conſtat, cujus & ipſius fides non ſatis apud ipſum Damaſum Papam liquida fuit, ut apparet ex c. Sancta Romana diſt. 15. & Caroli M. lib. 2. de Imaginib. cap. 13. in fine. Nec apud *D*amaſum ſive potiùs Anaſtaſium Bibliothecarium in vitâ Sylveſtri, quidquam ejus legitur. Et quid ſi authorem & architectum hujus monumenti, hactenus latentem & probè diſſimulatum prodamus? nónne indicinæ nomine res litteraria & antiquaria lubens meritò debere nobis agnoſcet? Id autem faciemus non noſtris, ſed magni Imperatoris verbis, ante ſex adeò ſecula ſcriptis, Ottonis inquam III. Imp. cujus diploma in archivis Eccleſiæ Romanæ aſſervatis Aſſiſii, juſſu Benedicti XII. PP. per Johannem de Amelio

tio ſed, potius quædam ceſſio & recognitio juris alieni. Dicunt enim, quòd Conſtantinus per hanc donationem oſtendit, & recognovit ſe non legitimè uſum regalibus & gladii poteſtate, & ſic ceſſit huic juri Beato Sylveſtro tanquam vicario Chriſti veri & proprii domini. Et ſecundum hanc opinionem ſequeretur, quòd omnes Imperatores tàm Orientis quàm Occidentis, & etiam omnes Reges orientales & occidentales, à tempore inſtitutionis Chriſtianæ religionis uſque in præſentem diem, qui non recognoverunt ſe habere regalia & gladii poteſtatem ab Eccleſia Romana, illicitè ipſis uſi fuiſſent, quod dicere multum eſt grave, ut de ſe patet. Prætereà ſequeretur ex hoc, ut videtur, quòd ex quo Eccleſia Rom. haberet à Deo tantùm regalia & juriſdictiones temporales, quòd contra eam in his non curreret præſcriptio. Ideo enim, ut notat Innoc. extra de poſtul.

Amelio Archidiaconum Forojulienſem manu Geraldi de Carreria, in præſentiâ teſtium ſolemniter deſcriptum, & (ut verba ſunt) in inſtrumenti publici formam redactum, cum ſubſcriptione inſuper Bartoli Vannis de Spello Spoletani, & Bertrandi Glanderio Cadurcenſis Clericorum & Notariorum, vidimus hoc titulo: *Inſtrumentum in quo eſt Bulla Apoſtolica certa commiſſionis, & litera Othonis Imp. invectiva in Pontifices dilapidatores bonorum, & expreſſiva donationis certarum terrarum aſſignatis Romana Eccleſiæ.* Tenor autem eſt talis. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Otthoſervus Apoſtolorum, & ſecundum voluntatem DEI ſalvatoris Romanorum Imperator Auguſtus. Romam caput mundi profitemur, Romanam Eccleſiam matrem omnium Eccleſiarum eſſe teſtamur. Sed incuriâ & ſocordiâ Pontificum longè ſuæ claritatis titulos obfuſcâſſe. Nam non ſolùm quæ extra Urbem eſſe videbantur, & quibuſdam colludiis à lare S. Petri alienaverunt, ſed (quod abſque dolore non dicimus) ſi quid in hac noſtrâ urbe regiâ habuerunt, ut majori licentiâ evagarentur, omnibus mediante pecuniâ in commune dederunt; & S. Petrum & S. Paulum, ipſa quoque altaria ſpoliaverunt, & pro reparatione ſemper confuſionem duxerunt, confuſis verò Papaticis legibus, & jam abjectâ Eccleſiâ Romanâ in*

ſtul. prælat. c. bonæ 2. contra Papam circa ſpiritualem juriſdictionem nullus poteſt quærere poſſeſſionem, quæ ipſi præjudicet, quia illam cum plenitudine poteſtatis habet à Deo tantùm, 21. Diſt. c. in novo, & c. ſeq. & 22. Diſt. c. omnes. cum concord. & ideò eſt immutabilis. 5. Diſt. in princ. Sed certum eſt, quòd in temporalibus juriſdictionibus poteſt quis quærere poſſeſſionem ac etiam præſcribere contra Eccleſiam Romanam, ut patet Extra de præſcript. cap. ad audientiam. Ergo videtur, quòd Eccleſia Romana non habeat à Deo tantùm aliqua regalia ſeu juriſdictiones temporales, ſed potius ab Imperatoribus Romanorum. Alia eſt opinio quaſi communiter omnium Canoniſtarum, quæ habet quòd dicta donatio valuerit, & ſit irrevocabilis. Et hanc tenet Ioannes gloſſator Decreti 63. Diſtinct. c. ego Ludovicus. Et hanc etiam ſequitur Ioannes And. de jurejur. c. Romani. §. porro. verſ. eidem, in Clem. Et ſecundum hanc opinionem vel habebimus ſtare dictæ oppoſitioni, & non ſolùm de rege Romanorum, ſed etiam de quibuscunque

*forte, irruerunt — *tantum quidam Pontificum * irruerunt, ut maximam partem Imperii noſtri Apoſtolatui ſuo conjungerent: jam non querentes, quæ & quanta ſuis culpis perdiderunt: non curantes, quanta ex voluntariâ vanitate effuderunt, ſed ſua propria, utpote ab illis ipſis dilapidata, dimittentes, quaſi culpam ſuam in Imperium noſtrum retorquentes, ad aliena, id eſt, ad noſtra & noſtri Imperii maximè migraverunt. Hæc ſunt enim commenta ab illis ipſis inventa, quibus Iohannes Diaconus cognomento Digitorum mutuis,* præceptum aureis literis ſcripſit ſub titulo Magni Conſtantini, longi mendacii tempora finxit. Hæc ſunt etiam commenta, quibus dicunt quendam Carolum * S. Petro noſtra publica tribuiſſe. Sed ad hæc reſpondemus, ipſum Carolum nihil dare jure potuiſſe, utpote jam à Carolo meliore fugatum, jam deſtitutum & annullatum. Ergo quod non habuit dedit, ſi nimirum dare potuit; utpote qui malè adquiſivit, & diu ſe poſſeſſurum non ſperavit. Spretis ergo commentitiis præceptis & imaginariis ſcriptis, nos noſtra conferimus. Sicut enim pro amore S. Petri Dominum Sylveſtrum magiſtrum noſtrum Papam*

*forte innitens.

* ſc. Calvum.

Digitized by Google

cunque aliis Regibus occidentalibus, qui regem & Imperatorem Romanorum pro ſuo ſuperiore in temporalibus de facto non recognoſcunt; ſicut apparet de regibus Hiſpaniæ, Franciæ, & aliis omnibus Regibus occidentis. Vel habebimus dicere, quòd licet valuerit illa donatio, tamen ex quo Romani Pontifices poſt eandem donationem, nec de Italia (generaliter loquendo de ea) nec etiam de aliis regnis & provinciis Occidentalibus ſe intromiſerunt, attendentes fortè id, quod legitur in Can. 96. Diſt. c. cum ad verum: ex hoc à ſe dominia regnorum & provinciarum hujuſmodi ipſo facto abdicaſſe, & quaſi pro derelicto ea habuiſſe videntur, præſertim cum præſcriptio currat contra Romanam Eccleſiam in temporalibus juriſdictionibus & juribus, ut prædixi. Tertia opinio circa dictam donationem eſt, Quòd non valuerit, & hanc tenet Accurſ. in Auth. quomodo oportet Epiſc. poſt princip. coll. 1. Pro quo etiam facit ff. de off. præſ. l. penult. Et ſecundum hanc reſponderemus ad objectionem præmiſſam dicendo, quòd Eccleſia Romana ex illa donatione tanquam de jure invalida in illis regalibus & juriſdictionibus, ac rebus donatis, nullum fuerit nec directum nec utile dominium conſecuta. Et ſic Rex ſeu Imperator regno & imperio Occidentali, tanquam de feudo

*Papam eligimus, & DEO volente ipſum ſereniſſimum * ordinavimus & creavimus, ità pro amore ipſius Domini Sylveſtri Papæ S. Petro de publico noſtro dona conferimus; ut habeat magiſter, quod Principi noſtro Petro à parte ſui diſcipuli offerat. Octo igitur Comitatus pro amore magiſtri noſtri Domini Sylveſtri Papæ S. Petro offerimus & donamus, ut ad honorem DEI & S. Petri cum ſuâ & noſtrâ ſalute habeat & teneat, & ad incrementa ſui Apoſtolatus noſtrique Imperii ordinet. Hos autem ſibi ad ordinandum concedimus: Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Foſſabrum, Callium, Heſium, & Anſimum; ut nullus unquam ei & S. Petro audeat aliquam inquietationem facere, aut eum aliquo ingenio fatigare. Quicunque verò*

Sylveſter II.

** fortè ſanctiſſimum.*

feudo ab Eccleſia procedente, ipſi Eccleſiæ ad juramentum fidelitatis minimè teneatur.

Quarta eſt opinio, quòd Conſtantinus non donaverit generaliter regna & provincias occidentales Eccleſiæ Romanæ, ſed elegerit Romanos Pontifices tanquam Dei ſummos ſacerdotes ob divinam reverentiam in patres, ut ab eis debeat benedici, & apud eorum Deum orationibus adiuvari, eiſdem ſedem imperialem Romæ relinquendo, ipſumque Byzantium transferendo, quæ civitas poſtmodum Conſtantinopolis dicta eſt: ut notatur 22. Diſt c. de Conſtantinopolitana, & etiam *nova Roma*, ut eadem Diſt. c. Conſtantinopolitanæ. Unde urbs Romana *vetus Roma* dicitur, ut C. de veter. jure enucl. l. 1. §. nulla itaque: adjicientes quòd idem Conſtantinus inter filios ſuos orbem dividens, uni dedit Orientale, & alteri Occidentale Imperium , ut apparet ex diverſis Chronicis : quod non feciſſet, ſi regna occidentalia, cum quibus & Italia compre-

verò preſumpſerit, omnia quæ habet amittat, & S. Petrus, quæ ſunt ſua recipiat. Ut hoc autem in æternum ab omnibus conſervetur, hoc preceptum manu noſtrâ diu (DEO adjutore) victurâ confirmavimus, & noſtro ſigillo precepimus inſigniri, ut ſibi ſuiſque ſucceſſoribus valeat. Dat Romæ. SIGNUM DOMINI OTTHONIS INVICTISSIMI ROMAN. IMP. AUG. Ut non abs re ſit, quod Johannes Bodinus lib. 1. de Reipubl. cap. 9. teſtatur, legiſſe in extracto quodam regiſtri Vaticani, *Iohannem cognomento Digitorum aureis literis ſcripſiſſe donationem tributam Conſtantino.* Ibique in fine hæc verba extitiſſe: *quam fabulam, longi temporis mendacia finxit.* Quid quod idem nec operoſiſſimum illum Eccleſiæ Romanæ Annalium ſcriptorem, Cæſarem Baronium latuiſſe, cùm ſuperiora ſcripſiſſemus, jam modò videmus? qui quidem Tomo III. ſub anno Chriſti CCCXXIV. Conſtantini verò Imp. XIX. ubi de ejus in Eccleſiam Rom. beneficiis agit, adeò pervulgatâ illâ Donationis fabulâ non nititur, ut Eccleſiæ poſſeſſionem antiquam, & à poſterioribus Regibus & Imperatoribus confirmatam, *à Iohanne Diacono*

prehenditur, Eccleſiæ contuliſſet. Dicentes etiam, quòd Theodoſius Imperator primus, & multi alii devoti Imperatores (ut etiam ex Chronicis patet) poſt tempora Conſtantini prædicti Romam cum pluribus aliis regnis Occidentalibus poſſederunt. Unde etiam Iuſtinianus Imperator poſſedit Galliam & Hiſpaniam, ut patet C. de off. præf. Afr. l. In nomine Domini, poſt princip. Et ſecundum hanc opinionem haberemus dicere, quòd prædictum capitulum Conſtantinus, quod eſt palea, non eſſet pro canone habendum & tenendum. Pro quo facit, quia illud capitulum eſt ſumptum ex geſtis Sylveſtri Papæ, ut patet in §. item Conſtantinus, prædictum capitulum immediatè præcedente. Sed nomen ejus qui ſcripſit actus ejuſdem Sylveſtri Papæ, ignoratur, licet legantur à multis, ut patet 15. Diſt. c. ſancta Romana, verſ. item actus. Et ſic videntur inter ſcripturas apocryphas computandi. Et ideo fortè c. Fundamenta, Ext. de elect. libro 6. loquendo de donatione Conſtantini Eccleſiæ Romanæ facta, tantùm dicit de donatione *Geſta Sylveſtri PP.*

cano ex depravato illo à Græcis mutuato donationis edicto ambiguam reddi potius quam probari, idque cuivis perſpicacius intuenti manifeſtum reddi ſcribat. Græcis autem ipſis, & nominatim Theodoro Balſamoni (is Scholiaſtes ad Nomocanonis Photii Titulum VIII. illam donationem Græcè inſeruit) malam gratiam referat, qui primatum Eccleſiæ Romanæ ab homine demùm collatum, & non jam tum à Chriſto per Petrum, tradiderit: imò ſubdolæ machinationis, adeóque præter ἀνιςορησίαν apertæ falſitatis ipſum Balſamonem & Zonaram coarguit, qui Eccleſiam ſuam Conſtantinopolitanam iſto commento inter Patriarchales thronos auctore Conſtantino relatam hominibus perſuadere Græcæ gentis ingenio conati fuerint &c. Quæ cùm ita ſint, meritò mirari liceat, quare tamen tam vano & futili adminiculo Eccleſia Romana uti hactenus tam longo tempore voluerit. Sed bene habet, quod Germaniam ſaltem & Galliam (*duo regna Francorum*, ait Otho Friſingenſ. III. Chronic. cap. 3.) prodiga donatio non ſimul abſumpſit.

natione vrbis Romæ: de donatione Italiæ, & aliorum regnorum occidentalium non faciens mentionem. Ad hoc etiam facit 12 q. 1. c. futuram, ubi Melchiades Papa loquens de præfata donatione, dicit quòd idem Conſtantinus ſedem imperialem reliquit, eamque beato Petro & ſuis ſucceſſoribus prò futuro conceſſit. Per ſedem namque imperialem intelligo urbem Romanam, ubi fuit ſedes imperii Romani, uſque ad tempora dicti Conſtantini, qui eam Byzantium tranſtulit, ut eſt dictum: non autem per ſedem imperialem, occidentale imperium, prout Gloſſator in prædicto capitulo futuram, videtur intelligere, dicens ibidem; *Ergo imperium eſt apud Romanam Eccleſiam*, & allegat prædictum c. Conſtantinus. Unde etiam notat Archidiaconus Bononienſis in eodem c. futuram, quòd hoc dictum Gloſſatoris non colligitur ex litera, ſed in contrarium facit 96. Diſt. c. cum ad verum, ubi de hoc, & c. ſi Imperator, ubi etiam de hoc notatur. Quæ autem inter has opiniones verior ſit, fateor me neſcire: ſed determinationem hujus dubii duxi meis majoribus eſſe relinquendam.

Item contra eundem quintum articulum, opponitur ſecundò, de eo quod notant Innocentius & Hoſtienſis Ext. de for. compet. c. licet, ubi notant, *Quòd Imperator tenet imperium à Papa.* Et ſic ex conſequenti videtur, quòd ratione imperii quod tenet à Papa, teneatur ſibi præſtare juramentum homagii, ſcilicet quod vaſallus domino ſuo præſtare ſolet. Solutio ad hanc oppoſitionem, inhærendo dictis prioribus, dico quòd Imperatorem tenere imperium à Papa poteſt intelligi dupliciter: uno quòd ſcilicet teneat à Papa provincias: & terras ſubjectas regno & imperio cum ſuis juribus & juriſdictionibus; & ut ſic, non tenet imperium à Papa, ſed potius tenet ipſum ex electione Principum, eo jure ſeu titulo, quo tenuit terras & provincias hujuſmodi

Carolus

Carolus Magnus ante tranſlationem imperii, tanquam ſuccedens in locum ipſius Caroli, qui tenuit eas partim ex ſucceſſione paterna, partim etiam per bellum licitum, ut ſatis eſt dictum ſuprà in capite 5. & 6. Nec etiam poteſtatem imperialem in eiſdem provinciis recipit virtute tranſlationis, cùm eam prius haberet virtute conſuetudinis, ut dictum eſt ſuprà c.7. Et ideo Imperator ſeu Rex Rom. ratione provinciarum & terrarum prædictarum, ſeu poteſtatis imperialis in eis, Papæ ad juramentum homagii non tenetur: & ſic intelligo prædictum quintum articulum. Alio modo poteſt hoc intelligi, ſcilicet quòd teneat à Papa imperium, id eſt nomen Imperatoris, & jura imperialia, ſeu poteſtatem imperialem in aliis provinciis & terris, quæ non erant ſub poteſtate Caroli, ante tempus tranſlationis imperii, nec etiam hodie ſubſunt Imperio, ſaltem de facto. Et hoc ſecundo modo tenet imperium à Papa virtute tranſlationis imperii. Et ratione illius nominis, ac etiam jurium hujuſmodi, recipit ab eo unctionem & coronationem imperialem, ut etiam dictum eſt ſuprà c. 12. in tertia oppoſitione. Et hoc ſecundo modo intelligo dictum Innoc. & Hoſtienſ. in prædicto c. licet, & hoc modo etiam poteſt intelligi gl. Io. And. 33. q. 2. Inter hæc ubi not. quòd Imperator habeat gladium ſecularem à Papa. Vel poteſt dici quòd Rex Romanorum unctionem & coronationem recipit à Papa ex ſola conſuetudine; non propter poteſtatem aliquam imperialem, ſed propter nomen imperiale & delationem quorundam ornamentorum imperialium duntaxat conſequendum, ut etiam dixi ſuprà in c. 12. in tertia oppoſitione in fine, de quo etiam infrà c. 16 in fine dicam.

Item contra præmiſſum quintum articulum adhuc tertiò opponitur, de eo quod legitur in Can. de conſec. Diſtinct.

habetur 63 Diſtinct. c. Adrianus 2. Iſtud autem c. Adrianus, non loquitur de imperio, ſed de patriciatu Vrbis conceſſo per Eccleſiam Carolo Magno, de quo etiam patridiatu conceſſo Othoni primo loquitur c. ibi ſequẽs, ſcilicet, c. in ſynodo, 63. Diſt Per hunc autẽ patriciatum vel intelligitur dignitas puniendi crimina, & cognoſcendi de cauſis ſecularibus in Vrbe: vel intelligitur advocatia Eccleſiæ Romanæ, vt notatur in prædicto c. Adrianus in ſecunda gloſſa. Et hunc patriciatum ſeu advocatiam, habet Rex Romanorum vel Imperator ab Eccleſia Romana. Et ſic intelligo quod dicitur in eodem Can. An autem hæc advocatia Eccleſiæ Romanæ habeat (d) emolumentũ aliquod annexum (e) ſicut advocatiæ Eccleſiarum & monaſteriorum Germaniæ, an verò habeat onus defenſionis tantùm annexũ, fateor me neſcire.

Item opponitur adhuc quartò contra eundem quintum articulum, de eo quod notat Hoſtienſ. Ext. de elect. c. venerabilem, verſ. ſunt enim, in gloſſ. conſultus: & quod notat in Summa de elect. §. quis eligitur, verſ. item captio, *ubi notat, quòd Imperator eſt feudatarius Eccleſiæ Romanæ*: vnde ex hoc ad iuramentum homagij eidem Eccleſiæ videtur eſſe aſtrictus. Solutio. Hoſtienſis vtrobique loquitur de Imperatore Friderico ſecundo, * qui habuit (f) regnum Siciliæ ab eccleſia Romana in feudũ, vt patet Ext. de re iudicata, c. Apoſtolicæ, §. præter hoc, lib. 6. Vnde de illo regno id intelligo, & non de imperio, & ſic non obſtat. CAP-

* *al. vltimo.*

(d) *An emolumentum annexum*) Præſertim pro luculentâ illâ taxâ, quam ex præſcripto Cæſarem tempore inaugurationis ſuæ Romanæ Curiæ dependere neceſſe eſt.

(e) *Sicut advocatiæ*) De quibus aliquid annotarũ ſuprà ad cap. 8. lit. b.

(f) *Regnum Siciliæ*) A matre ſuâ Conſtantiâ, unicâ filiâ & herede Gulielmi ultimi Regis Siciliæ. Atque ipſe Fridericus II. Aug. regnicolis justiſſimas leges dedit, quæ *Conſtitutiones regni* vocantur, & à doctis viris gloſſatæ adhuc extant. Vide Felini epitomen de Regno Sicil. cap. XIII. & ſeq. pag. 20. (noſtræ editionis:) Sed potiùs Card. Baronii librum ſingularem *de Monarchiâ Siciliæ*. pag. 58. & ſeq.

CAPUT XIV.

Quòd per ſubmiſſiones vel recognitiones Regum Romanorum, Papæ & Eccleſiæ Romanæ factas, non præjudicatur regno & Imperio in ſuis juribus, quo minus principes & populi regno & imperio ſubjecti, poſſint contradicere, ipſorumq́; contradictio ſit admittenda.

POſt hæc contra omnes & ſingulos articulos opponi poteſt, ex his quæ facta ſunt, videlicet quòd aliqui ex Regibus Romanorum fortaſſis petiverunt ab Eccleſia Romana nominationem regiam & approbationem perſonæ, ante aſſumptionem nominis regij, vel ante adminiſtrationem bonorum & iurium regni & imperij, præcipuè quo ad Italiam: & ſic nominationem & approbationem huiuſmodi petitas ab eadem Eccleſia receperunt, vel recognouerunt per literas ſuas, vel per procuratores ſuos, ad hoc ſpecialiter conſtitutos, ipſamque eccleſiam Romanam confeſſi ſunt, *habere poteſtatem nominandi & approbandi Regem*, ante aſſumptionem nominis regij, & antequam ſe de adminiſtratione bonorum & iurium regni & imperij intromitterent, contra primum, ſecundum, tertium & quartum articulos antedictos. Vel fortè aliqui ex dictis Regib. poſt aſſumptionem regij nominis, & adminiſtrationem bonorum & iurium regni & imperij, ab eadem Eccleſia nominationem & approbationem petiverunt, & etiam obtinuerunt: vel per ſuas literas, vel per procuratores ad hoc ſpecialiter conſtitutos, recognoverunt *Eccleſiam Rom. habere poteſtatem approbandi perſonam electi in Regem Rom.* ſaltem poſt aſſumptionem regij nominis, vel etiam adminiſtrationem bonorum & iurium regni & imperij, quod eſſet ſpecialiter contra 4. articulum præno-

prænotatum. Vel forte aliqui ex Regibus prædictis regnum & imperium receperunt in feudum à dicta Eccleſia Romana, vel recognouerũt ſuis literis, vel per procuratores ad hoc ſpeciale mandatum habentes, *regnum & imperium procedere in feudum ab Eccleſia Romana*: quod eſſet contra 4. articulum prælibatum. Ad has & conſimiles oppoſitiones, quæ ex facto Regum Rom. contra prænominatos articulos vel aliquem eorum fieri poſſent, reſpondeo ac defendendo iura regni & imperij in dictis 5. articulis comprehenſa dico (ſaluo ſemper iudicio ſaniori) quòd tales ſubmiſſiones vel recognitiones per aliquos ex Regibus Rom. ipſi Eccleſiæ Rom. factæ, dicto regno & imperio in ſuis iuribus, ac etiam ex conſequenti principibus & alijs ſubditis ipſius regni & imperij, præiudicare non debent. Nam cum ſubmiſſiones & recognitiones huiuſmodi de conſenſu principum Electorum, ac etiam aliorum (a) Principum & populi, regno & imperio ſubiectorum, non ſint factæ; ipſi Principes & alij populum regni & imperij repræſentantes, potuerunt contradicere, ac eorum contradictio eſt admittenda. Quod ſic probatur. Quando dominus habens iuriſdictionem in ſubditos, ſe ac terram ſuam vellet ſubmittere alteri domino, ipſorum contradictio eſt admittenda. Intereſt enim ſua, quòd dominus eorum ſit liber, & vt tot dominos non habeant, ad hoc ff. de lib. cauſ. l. 1. & 2. ff. de appel. l. non tamen, cum concor. Ad idem Ext. de maior. & obed. c. fin. & c. dilecti, vbi de hoc per Hoſtienſ.

(a) *Principum contradictio admittenda.*) Prout ipſi regnante Ludovico Bavaro Imp. citra Pontificiam approbationem, eóque proceſſus Papales incurrendo, illis contradixerunt, ſcriptâ epiſtolâ ad Benedictum XII. PP. quam in libro membranaceo indubitatæ fidei poſt Chronicam Martini pœnitentiarii Papæ inventam, edidimus Tom. I. German. rer. fol. 427.

Digitized by Google

enſ. pro hoc etiam facit, quod not. Innoc. de præſcript. c. auditis. in gl. Sed in caſibus præmiſſis, per has vel conſimiles ſubmiſſiones vel recognitiones, electus in Regem Rom. à Principibus, teneretur obnoxius Eccleſiæ Rom. quadam ſervitute, ſcilicet non aſſumendi nomen regium, nec adminiſtrandi iura & bona regni & imperii, niſi demum poſt nominationem & approbationem ipſius Eccleſiæ Romanæ. Item quoad vltimam ſubmiſſionem vel recognitionem prædictas, per quam ſcilicet eſſet vaſallus Eccleſiæ Romanæ, de regno & imperio, Principes & ſubditi eiuſdem regni & imperii non ſolùm haberent Regem vel Imperatorem pro domino ſuo, ſed etiam ipſam Eccleſiam Romanam haberent quodammodo pro domina ſua in temporalibus. Dico autem *quodammodo* pro tanto, quia licet vaſallus vaſalli Eccleſiæ Romanæ, non ſit vaſallus ipſius Eccleſiæ, iuxta ea quæ notantur 81. Diſt. c. legitur, & per Wilhelmum in Speculo de feudis, § 11. verſ. 13. Tamen ſi regnum & imperium teneretur in feudum ab Eccleſia Romana, ipſa Eccleſia haberet ex hoc quodammodo iuriſdictionem imperialem, ſaltem mediatam, in vaſallos regni & imperii, per ea quæ leguntur & notantur Ext. de for. compet. c. ex tranſmiſſa, per Innoc. & Hoſtienſ. poſt eum. Erit igitur Principum & populi prædictorum contradictio in hoc meritò admittenda. Præterea æquitas & ratio naturalis dictat apud omnes, quòd quando per aliquod factum præiudicatur pluribus, quòd id per omnes illos comprobari debet. Et ſic illud videtur eſſe de iure gentium, ff. de iuſt. & iur. l. omnes populi. Hoc etiam probatur iure Canonico & Civili, Ext. de offic. Archidiac. c. ad hæc §. fin. ff. de aq. pluv. arc. l. in concedendo, cum multis concordantijs. Sed in caſu noſtro, ſi Rex Romanorum ex electione concordi Princi-

pum,

pum, vel à maiori parte ipſorum de ſe facta, non poſſet adminiſtrare, contra primum & ſecundum; ſed haberet nominationem & approbationem ab Eccleſia, præcipuè ante admiſtrationem huiuſmodi, petere & obtinere, contra quartum articulum ante dictos; ex hoc poſſet magna pericula & diſpendia Principibus Electorib. & alijs principib. ac populo regni & imperij, per guerras, ex quib. cædes hominum, rapinæ, incendia, & his ſimilia ſequi ſolent, (b) interim generari. Et ſic ex conſequenti, damna per hoc in regno & imperio provenirent. Imperium enim & fiſcus abundabit, utens ſubiectis locupletibus, ut in Authen. ut iudices ſine quoque ſuffrag. §. cogitatio. coll. 2. quæ omnia per adminiſtrationem regiam ex electione Principum aſſumendam, de facili ceſſare poterunt, ut de ſe notum exiſtit. Item intereſt Principum & populi prædictorum, ne iura & bona regni & imperij dilabantur & pereant: cum per reges divites longè melius & efficacius, quàm per pauperes, valeant defenſari. Sed non eſt dubium, quòd per præmiſſas ſubmiſſiones & recognitiones, iura & bona regni & imperij, ante nominationem & approbationem ab Eccleſia obtentas per electum in Regem, multum dilabi & periclitari poſſent: præſertim cum negotia per Eccleſiam Romanam expedienda, propter (c) magnam maturitatem quam

Vacantis imperij incommoda.

(b) *Interim generari*) Interregni vel ſchiſmatis incommoda & pericula quanta ſint, verbis exprimi non poteſt: ipsâ experientiâ didicit ſuperioribus ſeculis non ſemel miſera Germania.

(c) *Magnam maturitatem*) Si ita dicenda eſt, per quam negotia multum (ut ait) protelantur. Qua de re plena ſunt querelarum omnia. Neque certior fuit ratio vitilitigatoribus extrahendæ in infinitum litis, & vexandi adverſarii, quàm ad Curiam illam appellare: ut patet ex Ivonis epiſtolis. 172. 180. 219. Hildebertus Turonenſ. archiep. in epiſtolâ ad Honorium Papam, inter cætera dicit, *Moratoriis & ſuperfluis eiuſmodi*

quam adhibet in agendis, multum protelari quotidie videamus. Et hac etiam conſideratione Eccleſia conceſſit, ut electi Eccleſiarum cathedralium & regularium exempti, vltra Italiam conſtituti, dum tamen ſint electi in concordia, poſſint in ſpiritualibus & temporalibus adminiſtrare, etiam ante confirmationem ſuarum electionum, ut patet Ext. de elect. c. nihil eſt. in fine. Idem etiam conceſſit ex eadem cauſa in monialibus electis in Abbatiſſas, in certis caſibus, ut patet Ext. de elect. c. indemnitatibus. §. ſiverò. & §. cæterum. lib. 6. Quare concluditur ex præmiſſis, quòd in prætactis ſubmiſſionibus vel recognitionibus adeò præiudicialibus, conſenſus principum Electorum & aliorum principum & populi regni & imperij, ſit requirendus. Et ſic ex conſequenti, eorum in his etiam contradictio erit admittenda.

Adminiſtratio electi.

CAPUT XV.

Quòd in regnis Occidentalibus, ex conſuetudine tanti temporis, cuius contrarij non eſt memoria, poteſt haberi locum ſucceſſio generis: & qualiter Reges poſſint ex conſuetudine in ſuis regnis merum & miſtum imperium exercere.

EXpeditis multis oppoſitionibus, contra præmiſſos articulos ſuper iuribus regni & imperij Rom. conceptos, factis, earundemque ſolutionibus adiunctis; nunc quædam circa ipſorum articulorum

ejuſmodi appellationibus plantari in horto Domini toxicum mortis, quo ſubventus afflictorum moritur, Pontificalis vigor elanguet, Juſtitia parſimonia in nihilum revertitur, incrementum autem ſuſcipit ubertas delictorum. Et Bernardus lib. III. de conſider. ad Eugenum cap. 2. docet, quis modus ſit adhibendus in appellationibus ad Curiam Romanam.

(a) *Ex*

rum probationem, ac etiam circa ſolutiones prædictarum oppoſitionum per me dicta, & quaſdam oppoſitiones ſubijciam, ad eas pro ingenii mei modulo reſpondendo. Primò igitur, quia dictum eſt ſuprà cap. 5. & in pluribus aliis capitulis, *quòd in regnis Occidentalibus de conſuetudine habet locum ſucceſſio generis*: ideò contra hoc opponitur & videtur, quòd in regnis & principatibus non habeat locum ſucceſſio generis. Nam dicit Canon. quòd principatus non eſt in populo deferendus ſanguini, ſed vitæ. 8. q. 1 cap. Moyſes: ubi de hoc. Præterea regna, ſicut & alij principatus ſeculares, acquiruntur (a) ex electione ſeu conceſſione Principis, ut in Auth. vt iudices ſine quoque ſuff. §. 1. & ff. ad leg. Iul. de ambitu. l. 1. Ad idem in lib. Feud. de feudo Marchiæ, ducatus & comitatus, c. 1. Ergo in regnis & dignitatibus ſeculi, locum ſucceſſio non habebit. Solutio: Dico quòd in regnis & principatibus de iure communi non habet locum ſucceſſio generis, nec acquiruntur niſi ex electione vel conceſſione principis. ut in contrariis. Sed benè poteſt in his locum habere ſucceſſio de conſuetudine à tempore, cuius contrarii non exiſtit memoria obſervata, arg. Ext. de ſuppl. neg. præl. c. grandi. libro 6. & ibi not. in quo etiam cap. Archidiaconus Bononienſis plenius notat, & in præcedenti c. Moyſes. Et hoc etiam eſt quod dicitur in lib. Feud. in tit. de alienat. feud. c. 1. in fine: ubi dicitur, *quòd in feudo Comitatus, vel Marchiæ, vel aliarum dignitatum non eſt ſucceſſio ſecundum rationabilem uſum: Sed hodie*

Conſuetudo immemorialis.

(a) *Ex electione*) Imò etiam aliqui Principatus aſſumuntur per ſucceſſionem. c. denique. vii. q. 1. & ibi not. c. grandi. De ſuppl. negl. prælat. lib. 6. Et poſito (ait ibidem Oldradus) quòd de rigore juris Princeps debeat eligi, nulla tamen jura probant, quòd unus populus poſſit eligere Principem, qui dominetur toti mundo: & ut ſibi poſſit eligere dominum, non tamen aliis.

(b) *Reges*

hodie hoc eſt vſurpatum. Et ibidem Iacobus de Bellouiſo in ſua lectura exponit hoc verbum *Vſurpatum*, conſuetudine abrogatum, cuius expoſitioni ſto: licet Gloſſator ibidem dicat, conſuetudinem talem non tenere. quod non credo verum de ea conſuetudine, quæ obſervata eſt à tempore, cuius contrarii memoria non exiſtit, per prædicta, & per ea quæ inferius dicam. Et ſic *Vſurpatum* in bonam partem ſimiliter ſumitur 39. Diſt. §. ecce. & 33. q. 2. §. hoc autem.

Item, quia adhuc ſuprà dixi in cap. 7. quòd (b) Reges occidentales de conſuetudine, à tempore cuius contrarii non eſt memoria, uſque ad hæc tempora obſervata, poſſunt licitè

(b) *Reges Occidentales*) Horum cauſam ſtrenuè agit, neque ullo jure Reges omnes & Principes Imperatori ſubeſſe debere defendit ex profeſſo Oldradus de Ponte Laudenſis Conſilio LXIX. nimirum neq; divino, veteris legis, qua diviſa terra & conceſſa occupatione omnia regna approbata ſint, juxta illud: *Per me Reges regnant, & cor Regis in manu DEI*: aut novæ, in qua Dominus jubeat quidem Cæſari reddi, ſed non omnia, tantùm *quæ ſua ſunt*: Apoſtoli autem *omnem poteſtatem à DEO eſſe* pronuncient: Patres etiam conjungant, *Imperatores & Reges ſæculi*. c. quo jure. Diſt. 8. nihil denique magis præceptis DEI adverſum ſit, quam invaſio juris alieni, & direptio proximi, quâ ſolâ viâ populi Romani potẽtia crevit. Neq; jure humano: nõ naturali, gentiũ non, quo dominia & regna diſtincta; non civili, aliorum ſanè extra Romam populorum, quorum aliqui Reges & Civitates fecerunt conſtitutiones, *Qod nõ ſubſint Imperatori*, & inter alias Hiſpani talem; *Quod quicunq; allegarit legem Imperatoris in judicio, capite puniatur*. Nã quæ ipſi Cæſares & Cæſariani in ſuis legibus ſibi tribuunt, in causâ propria idoneum teſtimonium non præſtare. Ut quod Antoninus Imperator dicit, ſe *Mundi Dominum* L. deprecatio D. ad leg. Rhod. & quòd ſub eo ſunt omnes nationes. cho c. ſi quis. xi. q. 1. *& orbis Monarcham*. c. facturam xxii. q. 2. cùm tamen alibi fateatur ipſe, multos eſſe homines ſibi non ſubditos, quorum aliqui erant hoſtes, alii fœderati, alii Reges, alii amici. L. v. & xxiv. D. de capt. & poſtlim. reverſ. L. mercatores. C. de commerc. & ſimil. Quos tamen legibus etiam Romanis cauſam ſuam tam in poſſeſſorio quàm petitorio tueri poſſe demonſtrat.

(c) *Con*

licitè poteſtatem imperialem in ſuis regnis, & quo ad ſuos ſubditos exercere: Ideo contra hoc ſpecialiter, quo ad poteſtatem exercendi merum & miſtum imperium, multipliciter opponitur, & videtur quòd nullus Rex poſſit ex conſuetudine vel præſcriptione, etiam à tempore cuius contrarij non eſt memoria hominum, merum & miſtum imperium in ſuo regno exercere: ſed id ſolum competat ex ſolius Imperatoris vel Principis conceſſione. Quod probatur primò ſic: Res ſolius principis præſcribi non poſſunt, ad hoc C. ne rei dominic. vel templ. l. 1. & l. fin. Sed merum & miſtum imperium ſolius principis eſt, vt in lib. Feud. Tit. quæ ſunt reg. c. unico. Et in conſtit. Friderici de pace iura. nr. c. hac edictali. §. adhoc. ubi dicitur, *quòd qui allodium ſuum vendidit, diſtrictum & iuriſdictionem imperatoris non vendat, & ſi vendit, non valet*. Ergo Reges merum & miſtum imperium ex præſcriptione vel conſuetudine adquirere ſeu exercere non poſſunt. Item ſecundò hoc idem probatur ſic: Quod aſſignatur in privilegium, ob publicam utilitatem, præſcribi nō poteſt, ut C. de fundi limit. l. fin. lib. 12. Sed merum & mixtum imperiū aſſignatur ſpecialiter & in privilegium ob publicam utilitatem, vt ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. l. 1. in princip. Ergo merum & miſtum imperium per Reges præſcribi, vel ex conſuetudine haberi vel exerceri non poteſt. Item tertiò probatur ſic: Quæ in publico uſu ſunt, præſcribi non poſſunt. C. de via pub. l. viam. & C. de oper. pub. l. præſcriptio. Sed merum & miſtum imperium eſt in publico & continuo uſu magiſtratuum, qui publicè & continuè reddere iura debent, ut ff. de orig. iur. l. 2. §. poſt originem. Ergo Reges merum & miſtum imperium ex præſcriptione vel conſuetudine acquirere vel exercere non poſſunt. Item quartò hoc ſic probatur:

Digitized by Google

(c) Contra obedientiam vel ſubiectionem non præſcribitur, Ext. de præſc. c. cum non liceat. vt etiam ſupra eſt dictum cap. 10. in ſecunda oppoſitione. Hinc eſt, quòd curiæ ſubiectus non præſcribit ſe contra curiam. ut C. de decur. l. ſi quis decur. lib. 10. & C. de præſcript. 30. an. l. præſcriptionem. Hinc etiam eſt, quòd ea quæ ſunt ſigna ſubiectionis, ſicuti tributa, præſcribi non poſſunt, vt C. cod. tit. l. competit. Sed ſi præſcriberetur merum & miſtum imperium per Reges in ſuis regnis, videretur præſcribi contra obedientiam & ſubiectionem Imperatori debitam. Ergo merum & miſtum imperium per Reges præſcribi, ſeu ex conſuetudine haberi non poteſt. Item quintò idem probatur ſic: Soli principi competit creare maiores magiſtratus: nec hoc competit alijs, niſi ſit eis ſpecialiter à principib. conceſſum, ad hoc in Auth. vt iudices ſine quoque ſuff. §. 1. & ad l. Iul. repet. l. fin. Et his maioribus magiſtratib. ſolummodò competit merum & miſtum imperium exercere, ut patet ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. l. 1. & ff. de off. præf. l. illicitas. §. qui univerſas. Sed Reges occidentales non ſunt creati à principe, nec creantur ab eo: ergo non poſſunt ex conſuetudine vel preſcriptione merum & miſtum imperium exercere: ſed potius ex creatione principis id facere habebunt. Item ſextò & vltimò illud idem ſic probatur: Liber homo præſcribi non poteſt, C. de præſcript. lon. tem. quæ pro lib. & non cont. l. fin. Ergo multo fortius per Reges præſcribi vel conſuetudine induci non poterit iuri

(c) *Contra ſubjectionem*) Licet jura ſubjectionis non poſſunt præſcribi à privato. l. competit. C. de præſcript. xxx. annor. poſſunt tamen ab aliâ civitate vel Principe præſcribi, ut not. Archidiacon. in c. placuit 16. q. 3. Id quod ipſi Romani contra alios fecerant, initio poſſeſſionis plærumque violento, ut Juſtinianus gloriatur, *per arma Imperium ſuum munivìſſe*. l. 1. C. de Juſtiniano Cod. confirmand.

(d) *Duo capita*

juri faciendi liberum hominem ſervum, & gladij pœnam in liberum hominem exercendi, qui efficitur ſervus pœnæ, ut ff. de pœnis. l. quod ad ſtatum. & l. qui vltimo, ubi de hoc. Ad præmiſſa etiam facere videtur, quod notat Hoſtienſis Ext. de for. comper. c. cum contingat, poſt princip. ubi notatur, quòd conſuetudo non poteſt operari, ut in eadem civitate vel diœceſi eſſent in ſolidum (d) duo capita, tanquam monſtrum: ad hoc Ext. de off. ord. c. quonam. Et ſic in caſu noſtro videtur, ſcilicet quòd Imperatores & reges illorum regnorum in ipſis regnis videntur eſſe duo capita, videlicet Imperator de iure, & Reges de conſuetudine, tanquam monſtrum. Nec videntur obſtare in hoc iura, quibus probatur quòd conſuetudo det iuriſdictionem, ut C. de emancip. lib. l. 1. & l. fin. & Ext. de for. compet. c. cum contingat, cum ſuis ſimilibus: quia illa iura debent intelligi in voluntaria iuriſdictione, vel in cauſis quæ ſunt ſimplicis jurisdictionis, & quæ competunt iure magiſtratus, non in his quæ ſunt meri vel miſti imperij. Pro ſolutione omnium præmiſſarum oppoſitionum dico, quòd illud dictum, ſciiicet *Reges Occidentales licitè poſſe merum & m ſtum*

(d) *Duo capita, monſtrum*) Neceſſarium fuit per unum Reipubl. provideri, L. 2. §. noviſſimè D. de orig. jur. ad diſſenſionem evitandam, l. 1. D. quod quisque juris. Vel apum, gruum & aliorum animalium exemplo. c. in apibus. VII. quæſt. 1. Sed nec una apis (replicat Oldradus) eſt rex omnium apum de mundo: ſed in quolibet alveo eſt unus Rex: neque omnes grues de mundo ſequuntur unam: ſed una congregatio ſequitur unam, & alia aliam. Sic etiam in quolibet regno erit unus rex (licet etiam non ſemel fuerint duo vel tres ſimul Imperatores) & in alio alius: ſervatis terminis, quos poſuerunt patres noſtri, Proverb. cap. 22. in fin. & hoc vel ex Horatio diſcamus:

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipſos imperium eſt Jovis.

miſtum imperium ex conſuetudine à tempore cujus contrarij non eſt memoria obſervata, in ſuis regnis exercere, poteſt intelligi dupliciter. Vno modo ſic, quòd Reges exerceant in eis merum & miſtum imperium, ita quòd Imperator in eiſdem regnis nullam omninò iuriſdictionem in cauſis meri & miſti imperii exercere poſſit, nec in caſu appellationis à Regibus ad eum interponendæ, neque in caſu negligentiæ ipſorum Regum, vel quando denegauerint facere iuſticiam in cauſis prædictis: nec etiam quòd Imperator in perſonis eorundem Regum poſſit merum & miſtum imperium ex conſuetudine vel præſcriptione adquirere, vel etiam exercere; quando hoc eſſet præſcribere ſimpliciter & in toto res ſolius principis, & res in privilegium à principe conceſſas, & ea quæ in uſu publico ſunt, & etiam contra obedientiam principi debitam: & ſic intelligo iura in quatuor primis oppoſitionibus inducta. Alio verò modo poteſt intelligi illud dictum ſic, videlicet quòd Reges immediate in ſuis regnis, ex conſuetudine vel præſcriptione obſervata à tempore, cuius contrarij memoria non exiſtit, poſſunt merum & miſtum imperium exercere: ſed quòd Imperator nihilominus habeat iuriſdictionem mediatam in cauſis meri & miſti imperij, quo ad ſubditos illorum Regum, ſicut in caſu appellationis, vel negligentiæ, vel denegationis iuſticiæ, de quib. præmiſſum eſt, & etiam immediatam iuriſdictionem in cauſis huiuſmodi, in perſonas ipſorum regum. Et ſic credo, quòd Reges ex conſuetudine à tempore cuius contrarij non eſt memoria obſervata, poſſunt in ſuis regnis merum & miſtum imperium hoc modo adquirere ac exercere. Et ſic intelligo, quòd dixi ſuprà in prædicto cap. ſeptimo, quod ſic probo. Quando lex non prohibet conſuetudinem induci, tunc conſuetudo eſt maioris, vel ſaltem paris poteſtatis cum lege. Nam ipſa con-

ſuetudo

ſuetudo tollit legem, ut ff. de leg. l. de quibus. in fin. & Ext. de conſuet. c. vlt. Sed certum eſt, quòd lex dat merum & miſtum imperiũ præſidi provinciæ, ut patet ff. de off. præſ. l. illicitas. §. qui universas. qui tamen non eſt illuſtris vel ſpectabilis, ſed clariſſimus, ut C. de priuat. carcer. l. unica: nec lex prohibet hanc conſuetudinem induci per Reges, qui ſunt maiores quàm ſint Præſides: cùm Duces qui ſunt minores quàm Reges, dicantur in lege Spectabiles, ut patet in l. anteriorum, canonizata 2. q. 6. c. anteriorum. §. illo videlicet. & C. de epiſc. & cler. l. raptores. Ergo ſequitur, quòd conſuetudo vel præſcriptio huiuſmodi poſſit dare Regibus poteſtatem hoc modo merum & miſtum imperium exercendi vt ſic id quod operatur lex quo ad Præſides, operetur conſuetudo quo ad Reges. & pro hac etiam parte facit C. de diverſ. off. l. viros. in fin. lib. 12. ubi patet quòd merum & miſtum imperium poteſt acquiri conſuetudine per maiores magiſtratus. ſecus credo de minimis magiſtratibus, puta universitatis, caſtri, vel villæ. Hi enim non poſſunt in aliquo caſu ex conſuetudine vel ex præſcriptione adquirere merum & miſtum imperium. Hi enim non poſſunt quaſi poſſidere merum & miſtum imperium, cum non ſit in eorum exercitio: ut patet ff. de iuriſdict. om. iud. l. magiſtratibus. Ergo non poſſunt ex præſcriptione, vel conſuetudine ipſum adquirere. Nam ſine poſſeſſione præſcriptio non procedit. ff. de uſucap. l. ſine. & Ext. de reg. iur. c. ſine poſſeſſione, lib. 6. cum concord. Secundum præmiſſa igitur, ad ea quæ in primis quatuor oppoſitionibus dicuntur, ſcilicet quòd ea quæ ſunt ſolius principis, & quæ in privilegium à principe aſſignantur ob publicam utilitatem, & quæ ſunt in publico uſu non præſcribuntur, & quòd contra obedientiam Principi debitam non præſcribitur, dico quòd verum eſt ſimpliciter

alem in omnib. regnis, provincijs & terris quæ non erant ſub citer & in toto: ſed quo ad quid, benè poſſunt præſcribi, vel conſuetudine adquri, ſicut eſt in caſu noſtro, ut ſuperius dictum eſt. Et hoc ſic declaro. Nam ius naturale (ſive dicamus ius naturale, quod natura omnia animalia docuit, ſiue ſumamus ipſum pro iure gentium, quod eſt naturale ius, quia naturali ratione eſt introductum: Inſtit. de rer. diviſ. §. ſingulorum) eſt immutabile, ut patet Inſtit. de iure nat. gent. & ciuil. §. penult. ad idem Ext. de re iud. c. paſtoralis. verſ. Cæterum in clericis. Et tamen per ius ciuile detrahitur, quo ad quid illi iuri, ut patet ex his quæ leguntur & notantur, ff. de iuſt. & iure. l. jus ciuile. & ex his quæ notantur per Innoc. & Hoſt. Ext. de conſtit. c. quę in Eccleſiarum. Poterit igitur eodem modo præſcriptio vel conſuetudo detrahere, quo ad quid iuri principis in pręmiſſis: præſertim cùm imperium videatur eſſe apud principem de iure civili, lege regia, ut ff. de conſtit. prin. l. 1. Huius ſimile videmus etiam in decimis, quæ ſunt Dei, ut patet originaliter Levitici vlt. in fine, & Numeri 25. & transſumptivè, Ext. de decimis. c. tua nobis. Et tamē in eis dādis, quo ad quid, admittitur conſuetudo, ut Ext. de decimis c. cum ſint homines. & c. ad Apſtolicæ & c. in aliquibus. Ad id verò quod opponitur quintò quòd ſoli principi competit creare maiores magiſtratus, &c. dico quòd verum eſt de iure cōmuni: ſed ſecus eſt de conſuetudine, quo ad Reges, ſecundum modum præmiſſum. Prætereà hi Reges poſſunt dici conſtituti ſeu creati à principe, propter tacitū ipſius principis conſenſum. Nam qui patitur rem præſcribi, vel conſuetudine induci, præſumitur conſenſum præſtare: ut C. de ædif. priu. l. 3. & notatur C. quæ ſit long. conſ. l. conſuetudinis. ad finem magnæ Gloſſæ. Ad hoc etiam facit Ext. de privilegijs, c. accedentibus. & c. ſi de terra. Ad id autem quod ſextò

ſextò opponitur, videlicet quòd liber homo præſcribi nõn poteſt, ergo nec ius faciendi liberum ſervum, &c. dico, quòd ſpeciale eſt in odium delicti, quòd liber homo efficitur ſervus, ut in legibus in contrarium allegatis. Et ſic etiam ex conſequenti ratione delicti, poteſt per maiores magiſtratus præſcribi iuri faciendi liberum hominem ſervum, vnde non obſtant leges prædictæ. Nec etiam obſtat præmiſſis dictum Hoſtienſis ſuperius allegatum, ſcilicet quòd conſuetudo non poſſit operari, quòd in eadem civitate vel diœceſi ſint in ſolidum duo capita, &c. Dico enim, quòd Imperator & Reges in regnis talibus nõ habeant in ſolidum eodem modo iuriſdictionem, in cauſis meri & miſti imperij. Sed Imperator habet mediatam & Reges immediatam, in his cauſis, ut prædixi: ſicuti dicimus in iure canonico de Archiepiſcopo, & Epiſcopo ſuffraganeo ipſius Archiepiſcopi, quo ad cauſas ſubditorum ſuffraganei, ſecundum ea quę leguntur & notantur Extrà de off. ordin. c. paſtoralis, in princ. & ſic non erunt hîc duo capita in ſolidum & eodem modo, vnde illud dictum non obſtat.

CAPUT XVI.

Quòd Rex Romanorum non ex vnctione & coronatione imperiali, ſed poſt ipſam virtute tranſlationis imperij, conſequitur poteſtatem imperialem in regnis & provincijs duntaxat, quæ non erant ſub dominio ejuſdem Caroli Magni, ante tempus tranſlationis prædictæ.

Deinde contra ea quę dixi ſuprà in c. 11. in ſecũd oppoſitione, videlicet quòd rex Romanorũ poſt vnctionem & coronationẽ imperialem, cõſequitur non ſolùm nomen Imperatoris, ſed etiam poteſtatem imperialem.

quam adhibet in agendis, multum protelari quotidie videamus. Et hac etiam conſideratione Eccleſia conceſſit, ut electi Eccleſiarum cathedralium & regularium exempti, vltra Italiam conſtituti, dum tamen ſint electi in concordia, poſſint in ſpiritualibus & temporalibus adminiſtrare, etiam ante confirmationem ſuarum electionum, ut patet Ext. de elect. c. nihil eſt. in fine. Idem etiam conceſſit ex eadem cauſa in monialibus electis in Abbatiſſas, in certis caſibus, ut patet Ext. de elect. c. indemnitatibus. §. ſi verò. & §. cæterum lib. 6. Quare concluditur ex præmiſſis, quòd in prætactis ſubmiſſionibus vel recognitionibus adeò præiudicialibus, conſenſus principum Electorum & aliorum principum & populi regni & imperij, ſit requirendus. Et ſic ex conſequenti, eorum in his etiam contradictio erit admittenda.

Adminiſtratio electi.

CAPUT XV.

Quòd in regnis Occidentalibus, ex conſuetudine tanti temporis, cuius contrarij non eſt memoria, poteſt haberi locum ſuceſſio generis: & qualiter Reges poſſint ex conſuetudine in ſuis regnis merum & miſtum imperium exercere.

EXpeditis multis oppoſitionibus, contra præmiſſos articulos ſuper iuribus regni & imperij Rom. conceptos, factis, earundemque ſolutionibus adiunctis; nunc quædam circa ipſorum articulorum

ejuſmodi appellationibus plantari in horto Domini toxicum mortis, quo ſubventus afflictorum moritur, Pontificalis vigor elanguet, juſtitia parſimonia in nihilum revertitur, incrementum autem ſuſcipit ubertas delictorum. Et Bernardus lib. III. de conſider. ad Eugenum cap. 2. docet, quis modus ſit adhibendus in appellationibus ad Curiam Romanam.

(a) *Ex*

Digitized by Google

rum probationem, ac etiam circa ſolutiones prædictarum oppoſitionum per me dicta, & quaſdam oppoſitiones ſubijciam, ad eas pro ingenii mei modulo reſpondendo. Primò igitur, quia dictum eſt ſuprà cap. 5. & in pluribus aliis capitulis, *quòd in regnis Occidentalibus de conſuetudine habet locum ſucceſſio generis*: ideò contra hoc opponitur & videtur, quòd in regnis & principatibus non habeat locum ſucceſſio generis. Nam dicit Canon. quòd principatus non eſt in populo deferendus ſanguini, ſed vitæ. 8. q. 1 cap. Moyſes: ubi de hoc. Prætereà regna, ſicut & alij principatus ſeculares, acquiruntur (a) ex electione ſeu conceſſione Principis, ut in Auth. vt iudices ſine quoque ſuff. §. 1. & ff. ad leg. Iul. de ambitu. l. 1. Ad idem in lib. Feud. de feudo Marchiæ, ducatus & comitatus, c. 1. Ergo in regnis & dignitatibus ſeculi, locum ſucceſſio non habebit. Solutio: Dico quòd in regnis & principatibus de iure communi non habet locum ſucceſſio generis, nec acquiruntur niſi ex electione vel conceſſione principis. ut in contrariis. Sed benè poteſt in his locum habere ſucceſſio de conſuetudine à tempore, cuius contrarii non exiſtit memoria obſervata, arg. Ext. de ſuppl. neg. præl. c. grandi. libro 6. & ibi not. in quo etiam cap. Archidiaconus Bononienſis plenius notat, & in præcedenti c. Moyſes. Et hoc etiam eſt quod dicitur in lib. Feud. in tit. de alienat. feud. c. 1. in fine: ubi dicitur, *quòd in feudo Comitatus, vel Marchiæ, vel aliarum dignitatum non eſt ſucceſſio ſecundum rationabilem uſum: Sed hodie*. *Conſuetudo immemorialis.*

(a) *Ex electione*) Imò etiam aliqui Principatus aſſumuntur per ſucceſſionem. c. denique. VII. q. 1. & ibi not. c. grandi. De ſuppl. negl. prælat. lib. 6. Et poſito (ait ibidem Oldradus) quòd de rigore juris Princeps debeat eligi, nulla tamen jura probant, quòd unus populus poſſit eligere Principem, qui dominetur toti mundo: & ut ſibi poſſit eligere dominum, non tamen aliis.

(b) *Reges*

Digitized by Google

hodie hoc eſt vſurpatum. Et ibidem Iacobus de Bellouiſo in ſua lectura exponit hoc verbum *Vſurpatum*, conſuetudine abrogatum, cuius expoſitioni ſto: licet Gloſſator ibidem dicat, conſuetudinem talem non tenere. quod non credo verum de ea conſuetudine, quæ obſervata eſt à tempore, cuius contrarii memoria non exiſtit, per prædicta, & per ea quæ inferius dicam. Et ſic *Vſurpatum* in bonam partem ſimiliter ſumitur 39. Diſt. §. ecce. & 33. q. 2. §. hoc autem.

Item, quia adhuc ſuprà dixi in cap. 7. quòd (b) Reges occidentales de conſuetudine, à tempore cuius contrarii non eſt memoria, uſque ad hæc tempora obſervata, poſſunt licitè

(b) *Reges Occidentales*) Horum cauſam ſtrenuè agit, neque ullo jure Reges omnes & Principes Imperatori ſubeſſe debere defendit ex profeſſo Oldradus de Ponte Laudenſis Conſilio LXIX. nimirum neq; divino, veteris legis, qua diviſa terra & conceſſa occupatione omnia regna approbata ſint, juxta illud: *Per me Reges regnant, & cor Regis in manu DEI*: aut novæ, in qua Dominus jubeat quidem Cæſari reddi, ſed non omnia, tantùm *quæ ſua ſunt*: Apoſtoli autem *omnem poteſtatem à DEO eſſe* pronuncient: Patres etiam conjungant, *Imperatores & Reges ſæculi*. c. quo jure. Diſt. 8. nihil denique magis præceptis DEI adverſum ſit, quam invaſio juris alieni, & direptio proximi, quâ ſolâ viâ populi Romani potētia crevit. Neq; jure humano: nō naturali, gentiū non, quo dominia & regna diſtincta; non civili, aliorum ſanè extra Romam populorum, quorum aliqui Reges & Civitates fecerunt conſtitutiones, *Qod nō ſubſint Imperatori*, & inter alias Hiſpani talem; *Quod quicunq; allegarit legem Imperatoris in judicio, capite puniatur*. Nā quæ ipſi Cæſares & Cæſariani in ſuis legibus ſibi tribuunt, in causâ propria idoneum teſtimonium non præſtare. Ut quod Antoninus Imperator dicit, ſe *Mundi Dominum* L. deprecatio D. ad leg. Rhod. & quòd ſub eo ſunt omnes nationes. cho c. ſi quis. xi. q. 1. *& orbis Monarcham*. c. facturam xxii. q. 2. cùm tamen alibi fateatur ipſe, multos eſſe homines ſibi non ſubditos, quorum aliqui erant hoſtes, alii fœderati, alii Reges, alii amici. L. v. & xxiv. D. de capt. & poſtlim. reverſ. L. mercatores. C. de commerc. & ſimil. Quos tamen legibus etiam Romanis cauſam ſuam tam in poſſeſſorio quàm petitorio tueri poſſe demonſtrat. (c) *Con*

licitè poteſtatem imperialem in ſuis regnis, & quo ad ſuos ſubditos exercere: Ideo contra hoc ſpecialiter, quo ad poteſtatem exercendi merum & miſtum imperium, multipliciter opponitur, & videtur quòd nullus Rex poſſit ex conſuetudine vel præſcriptione, etiam à tempore cuius contrarij non eſt memoria hominum, merum & miſtum imperium in ſuo regno exercere: ſed id ſolum competat ex ſolius Imperatoris vel Principis conceſſione. Quod probatur primò ſic: Res ſolius principis præſcribi non poſſunt, ad hoc C. ne rei dominic. vel templ. l. 1. & l. fin. Sed merum & miſtum imperium ſolius principis eſt, vt in lib. Feud. Tit. quæ ſunt reg c. unico. Et in conſtit. Friderici de pace iura. tir. c. hac edictali. §. adhoc. ubi dicitur, *quòd qui allodium ſuum vendidit, diſtrictum & iuriſdictionem imperatoris non vendat, & ſi vendit, non valet*. Ergo Reges merum & miſtum imperium ex præſcriptione vel conſuetudine adquirere ſeu exercere non poſſunt. Item ſecundò hoc idem probatur ſic: Quod aſſignatur in privilegium, ob publicam utilitatem, præſcribi nõ poteſt, ut C. de fundi limit. l. fin. lib. 12. Sed merum & mixtum imperiũ aſſignatur ſpecialiter & in privilegium ob publicam utilitatem, vt ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. l. 1. in princip. Ergo merum & miſtum imperium per Reges præſcribi, vel ex conſuetudine haberi vel exerceri non poteſt. Item tertiò probatur ſic: Quæ in publico uſu ſunt, præſcribi non poſſunt. C. de via pub. l. viam. & C. de oper. pub. l. præſcriptio. Sed merum & miſtum imperium eſt in publico & continuo uſu magiſtratuum, qui publicè & continuè reddere iura debent, ut ff. de orig. iur. l. 2. §. poſt originem. Ergo Reges merum & miſtum imperium ex præſcriptione vel conſuetudine acquirere vel exercere non poſſunt. Item quartò hoc ſic probatur:

V . (c) Contra

(c) Contra obedientiam vel ſubiectionem non præſcribitur, Ext. de præſc. c. cum non liceat. vt etiam ſupra eſt dictum cap. 10. in ſecunda oppoſitione. Hinc eſt, quòd curiæ ſubiectus non præſcribit ſe contra curiam. ut C. de decur. l. ſi quis decur. lib. 10. & C. de præſcript. 30. an. l. præſcriptionem. Hinc etiam eſt, quòd ea quæ ſunt ſigna ſubiectionis, ſicuti tributa, præſcribi non poſſunt, vt C. eod. tit. l. competit. Sed ſi præſcriberetur merum & miſtum imperium per Reges in ſuis regnis, videretur præſcribi contra obedientiam & ſubiectionem Imperatori debitam. Ergo merum & miſtum imperium per Reges præſcribi, ſeu ex conſuetudine haberi non poteſt. Item quintò idem probatur ſic: Soli principi competit creare maiores magiſtratus: nec hoc competit alijs, niſi ſit eis ſpecialiter à principib. conceſſum, ad hoc in Auth. vt iudices ſine quoque ſuff. §. 1. & ad l. Iul. repet. l. fin. Et his maioribus magiſtratib. ſolummodò competit merum & miſtum imperium exercere, ut patet ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. l. 1. & ff. de off. præſ. l. illicitas. §. qui univerſas. Sed Reges occidentales non ſunt creati à principe, nec creantur ab eo: ergo non poſſunt ex conſuetudine vel præſcriptione merum & miſtum imperium exercere: ſed potius ex creatione principis id facere habebunt. Item ſextò & vltimò illud idem ſic probatur: Liber homo præſcribi non poteſt, C. de præſcript. lon. tem. quæ pro lib. & non cont. l. fin. Ergo multo fortius per Reges præſcribi vel conſuetudine induci non poterit iuri

(c) *Contra ſubjectionem*) Licet jura ſubjectionis non poſſunt præſcribi à privato. l. competit. C. de præſcript. xxx. annor. poſſunt tamen ab aliâ civitate vel Principe præſcribi, ut not. Archidiacon. in c. placuit 16. q. 3. Id quod ipſi Romani contra alios fecerant, initio poſſeſſionis plærumque violento, ut Juſtinianus gloriatur, *per arma Imperium ſuum muniviſſe*. l. 1. C. de Juſtiniano Cod. confirmand.

(d) *Duo capita*

juri faciendi liberum hominem ſervum, & gladij pœnam in liberum hominem exercendi, qui efficitur ſervus pœnæ, ut ff. de pœnis. l. quod ad ſtatum. & l. qui vltimo, ubi de hoc. Ad præmiſſa etiam facere videtur, quod notat Hoſtienſis Ext. de for. comper. c. cum contingat, poſt princip. ubi notatur, quòd conſuetudo non poteſt operari, ut in eadem ciuitate vel diœceſi eſſent in ſolidum (d) duo capita, tanquam monſtrum: ad hoc Ext. de off. ord. c. quonam. Et ſic in caſu noſtro videtur, ſcilicet quòd Imperatores & reges illorum regnorum in ipſis regnis videntur eſſe duo capita, videlicet Imperator de iure, & Reges de conſuetudine, tanquam monſtrum. Nec videntur obſtare in hoc iura, quibus probatur quòd conſuetudo det iuriſdictionem, ut C. de emancip. lib. l. 1. & l. fin. & Ext. de for. compet. c. cum contingat, cum ſuis ſimilibus: quia illa iura debent intelligi in voluntaria iuriſdictione, vel in cauſis quæ ſunt ſimplicis iuriſdictionis, & quæ competunt iure magiſtratus, non in his quæ ſunt meri vel miſti imperij. Pro ſolutione omnium præmiſſarum oppoſitionum dico, quòd illud dictum, ſcilicet *Reges Occidentales licitè poſſe merum & miſtum*

(d) *Duo capita, monſtrum*) Neceſſarium fuit per unum Reipubl. provideri, L. 2. §. noviſſimè D. de orig. jur. ad diſſenſionem evitandam, l. 1. D. quod quiſque juris. Vel apum, gruum & aliorum animalium exemplo. c. in apibus. VII. quæſt. 1. Sed nec una apis (replicat Oldradus) eſt rex omnium apum de mundo: ſed in quolibet alveo eſt unus Rex: neque omnes grues de mundo ſequuntur unam: ſed una congregatio ſequitur unam, & alia aliam. Sic etiam in quolibet regno erit unus rex (licet etiam non ſemel fuerint duo vel tres ſimul Imperatores) & in alio alius: ſervatis terminis, quos poſuerunt patres noſtri, Proverb. cap. 22. in fin. & hoc vel ex Horatio diſcamus:

> *Regum timendorum in proprios greges,*
> *Reges in ipſos imperium eſt Jovis.*

Digitized by Google

miſtum imperium ex conſuetudine à tempore cujus contrarij non eſt memoria obſervata, in ſuis regnis exercere, poteſt intelligi dupliciter. Vno modo ſic, quòd Reges exerceant in eis merum & miſtum imperium, ita quòd Imperator in eiſdem regnis nullam omninò iuriſdictionem in cauſis meri & miſti imperii exercere poſſit, nec in caſu appellationis à Regibus ad eum interponendæ, neque in caſu negligentiæ ipſorum Regum, vel quando denegauerint facere iuſticiam in cauſis prædictis: nec etiam quòd Imperator in perſonis eorundem Regum poſſit merum & miſtum imperium ex conſuetudine vel præſcriptione adquirere, vel etiam exercere; quando hoc eſſet præſcribere ſimpliciter & in toto res ſolius principis, & res in privilegium à principe conceſſas, & ea quæ in uſu publico ſunt, & etiam contra obedientiam principi debitam: & ſic intelligo iura in quatuor primis oppoſitionibus inducta. Alio verò modo poteſt intelligi illud dictum ſic, videlicet quòd Reges immediate in ſuis regnis, ex conſuetudine vel præſcriptione obſervata à tempore, cuius contrarij memoria non exiſtit, poſſunt merum & miſtum imperium exercere: ſed quòd Imperator nihilominus habeat iuriſdictionem mediatam in cauſis meri & miſti imperij, quo ad ſubditos illorum Regum, ſicut in caſu appellationis, vel negligentiæ, vel denegationis iuſticiæ, de quib. præmiſſum eſt, & etiam immediatam iuriſdictionem in cauſis huiuſmodi, in perſonas ipſorum regum. Et ſic credo, quòd Reges ex conſuetudine à tempore cuius contrarij non eſt memoria obſervata, poſſunt in ſuis regnis merum & miſtum imperium hoc modo adquirere ac exercere. Et ſic intelligo, quòd dixi ſuprà in prædicto cap. ſeptimo, quod ſic probo. Quando lex non prohibet conſuetudinem induci, tunc conſuetudo eſt maioris, vel ſaltem paris poteſtatis cum lege. Nam ipſa conſuetudo

ſuetudo tollit legem, ut ff. de leg. l. de quibus. in fin. & Ext. de conſuet. c. vlt. Sed certum eſt, quòd lex dat merum & miſtum imperiũ præſidi provinciæ, ut patet ff. de off. præſ. l. illicitas. §. qui univerſas. qui tamen non eſt illuſtris vel ſpectabilis, ſed clariſſimus, ut C. de priuat. carcer. l. unica: nec lex prohibet hanc conſuetudinem induci per Reges, qui ſunt maiores quàm ſint Præſides: cùm Duces qui ſunt minores quàm Reges, dicantur in lege Spectabiles, ut patet in l. anteriorum, canonizata 2. q. 6. c. anteriorum. §. illo videlicet. & C. de epiſc. & cler. l. raptores. Ergo ſequitur, quòd conſuetudo vel præſcriptio huiuſmodi poſſit dare Regibus poteſtatem hoc modo merum & miſtum imperium exercendi vt ſic id quod operatur lex quo ad Præſides, operetur conſuetudo quo ad Reges. & pro hac etiam parte facit C. de diverſ. off. l. viros. in fin. lib. 12. ubi patet quòd merum & miſtum imperium poteſt acquiri conſuetudine per maiores magiſtratus. ſecus credo de minimis magiſtratibus, puta univerſitatis, caſtri, vel villæ. Hi enim non poſſunt in aliquo caſu ex conſuetudine vel ex præſcriptione adquirere merum & miſtum imperium. Hi enim non poſſunt quaſi poſſidere merum & miſtum imperium, cum non ſit in eorum exercitio: ut patet ff. de iuriſdict. om. iud. l. magiſtratibus. Ergo non poſſunt ex præſcriptione, vel conſuetudine ipſum adquirere. Nam ſine poſſeſſione præſcriptio non precedit. ff. de uſucap. l. ſine. & Ext. de reg. iur. c. ſine poſſeſſione, lib. 6. cum concord. Secundum præmiſſa igitur, ad ea quæ in primis quatuor oppoſitionibus dicuntur, ſcilicet quòd ea quæ ſunt ſolius principis, & quæ in privilegium à principe aſſignantur ob publicam utilitatem, & quæ ſunt in publico uſu non præſcribuntur, & quòd contra obedientiam Principi debitam non præſcribitur, dico quòd verum eſt ſimpli-

Digitized by Google

alem in omnib. regnis, provincijs & terris quæ non erant ſub
citer & in toto: ſed quo ad quid, benè poſſunt præſcribi, vel
conſuetudine adquri, ſicut eſt in caſu noſtro, ut ſuperius
dictum eſt. Et hoc ſic declaro. Nam ius naturale (ſive
dicamus ius naturale, quod natura omnia animalia docuit,
ſiue ſumamus ipſum pro iure gentium, quod eſt naturale
ius, quia naturali ratione eſt introductum: Inſtit. de rer. di-
viſ. §. ſingulorum) eſt immutabile, ut patet Inſtit. de iure
nat. gent. & ciuil. §. penult. ad idem Ext. de re iud. c. paſto-
ralis. verſ. Cæterum in clericis. Et tamen per ius ciuile
detrahitur, quo ad quid illi iuri, ut patet ex his quæ legun-
tur & notantur, ff. de iuſt & iure. l. jus ciuile. & ex his quæ
notantur per Innoc. & Hoſt. Ext. de conſtit c. quę in Ec-
cleſiarum. Poterit igitur eodem modo præſcriptio vel con-
ſuetudo detrahere, quo ad quid iuri principis in pręmiſſis:
præſertim cùm imperium videatur eſſe apud principem de
iure civili, lege regia, ut ff de conſtit. prin. l. 1. Huius
ſimile videmus etiam in decimis, quæ ſunt Dei, ut patet
originaliter Levitici vlt. in fine, & Numeri 25. & tranſum-
ptivè, Ext. de decimis. c. tua nobis. Et tamẽ in eis dãdis, quo
ad quid, admittitur conſuetudo, ut Ext. de decimis c. cum
ſint homines. & c. ad Apſtolicæ & c. in aliquibus. Ad id verò
quod opponitur quintò quòd ſoli principi competit creare
maiores magiſtratus, & c. dico quòd verum eſt de iure cõmu-
ni: ſed ſecus eſt de conſuetudine, quo ad Reges, ſecundum
modum præmiſſum. Præterea hi Reges poſſunt dici con-
ſtituti ſeu creati à principe, propter tacitũ ipſius principis
conſenſum. Nam qui patitur rem præſcribi, vel conſuetu-
dine induci, præſumitur conſenſum præſtare: ut C. de ædif.
priu. l. 3. & notatur C. quæ ſit long. conſ. l. conſuetudinis.
ad finem magnæ Gloſſæ. Ad hoc etiam facit Ext. de pri-
vilegijs, c. accedentibus, & c. ſi de terra. Ad id autem quod
ſextò

ſextò opponitur, videlicet quòd liber homo præſcribi non poteſt, ergo nec ius faciendi liberum ſervum, &c. dico, quòd ſpeciale eſt in odium delicti, quòd liber homo efficitur ſervus, ut in legibus in contrarium allegatis. Et ſic etiam ex conſequenti ratione delicti, poteſt per maiores magiſtratus præſcribi iuri faciendi liberum hominem ſervum, vnde non obſtant leges prædictæ. Nec etiam obſtat præmiſſis dictum Hoſtienſis ſuperius allegatum, ſcilicet quòd conſuetudo non poſſit operari, quòd in eadem civitate vel diœceſi ſint in ſolidum duo capita, &c. Dico enim, quòd Imperator & Reges in regnis talibus nō habeant in ſolidum eodem modo iuriſdictionem, in cauſis meri & miſti imperij. Sed Imperator habet mediatam & Reges immediatam, in his cauſis, ut prædixi: ſicuti dicimus in iure canonico de Archiepiſcopo, & Epiſcopo ſuffraganeo ipſius Archiepiſcopi, quo ad cauſas ſubditorum ſuffraganei, ſecundum ea quę leguntur & notantur Extrà de off. ordin. c. paſtoralis, in princ. & ſic non erunt hìc duo capita in ſolidum & eodem modo, vnde illud dictum non obſtat.

CAPUT XVI.

Quòd Rex Romanorum non ex vnctione & coronatione imperiali, ſed poſt ipſam virtute tranſlationis imperij, conſequitur poteſtatem imperialem in regnis & provincijs duntaxat, quæ non erant ſub dominio ejuſdem Caroli Magni, ante tempus tranſlationis prædictæ.

Deinde contra ea quę dixi ſuprà in c. 11. in ſecūd. oppoſitione, videlicet quòd rex Romanorū poſt vnctionem & coronationē imperialem, cōſequitur non ſolùm nomen Imperatoris, ſed etiam poteſtatem imperialem.

alem in omnib. regnis, provincijs & terris quæ non erant ſub poteſtate Caroli Magni ante tẽpus tranſlationis imperij de Græcis in perſonam ſuam factæ, opponitur tripliciter. Et videtur, quòd Rex Romanorum hanc poteſtatem imperialem in eiſdem regnis, provincijs & terris, ſtatim poſt electionem, & ex electione Principum, & non poſt unctionem & coronationem imperialem conſequatur. Et hoc primò ſic probatur: Vnctio & coronatio regalis, & unctio & coronatio imperialis concurrentes in perſona Regis Romanorum, videntur eſſe eiuſdem conditionis & naturæ. Sed poſt unctionem & coronationem regalem, vel etiam ex ipſa non conſequitur Rex poteſtatem regalem, nec aliquod novum ius (ut viſum eſt ſuprà in cap. 10. in ſecunda oppoſitione) ſed potius ex electione principum, ut probatum eſt ſuprà in capit. quinto. Ergo videtur ſimiliter dicendum, quòd Rex Romanorum poſt vnctionem & coronationem imperialem, vel etiam ex ipſa, nullam poteſtatem imperialem, ſeu ius novum conſequi poſſit. Et ad hoc faciunt iura communia, dicentia quòd de ſimilibus idem eſt iudicium habendum. ut ff. de legibus. l. non poſſunt: & Extra. de reſcript. c. inter cæteras. cum ſuis concordantijs. Item hoc idem ſecundò ſic probatur. Imperium fuit tranſlatum de Græcis in perſonam dicti Caroli ad Reges Francorum, ut viſum eſt ſupra in capit. 1. & etiam tertio ad Germanos, ut oſtenſum eſt ſupra cap. 3. Sed Rex Romanorum ex ipſa electione Principum ſuccedit in locum eiuſdem Caroli, ut viſum eſt ſuprà in cap. 9. Nec legitur in iure Canonico, vel etiam in Chronicis, quòd imperium fuerit tranſlatum ad eos ſub hoc modo, videlicet quòd prius vnctionem & coronationem reciperent: ſed indefinitè dicitur eiſdem iure canonico & Chronicis, *imperium ad ipſos fuiſſe tranſlatum*. Ergo illud indefinitè dictum generaliter intelligamus, ſcilicet.

cet ſive Reges Romanorum vnctionem & coronationem imperialem receperint, ſive non; iuxta iura communia, quibus probatur, quòd indefinitè dictum generaliter ſit intelligendum: ut ff. de ſervitut. ruſt. præd. l. ſi ſervitus. & Ext. de privileg. Quæ circa. cum concord. ibi not. Item tertiò idem probatur ex Chronicis. Legitur enim in Chronicis Euſebij & Francorum (ut etiam dixi ſuprà in ſecundo cap.) quòd Carolus Magnus Ludovicum filium ſuum conſortem ſibi totius regni & imperialis nominis hęredem conſtituerit, impoſitoq; capiti eius diademate, Imperatorē & Auguſtum appellari iuſſit. Itē legitur in eiſdem Chronicis, quòd idē Ludovicus Lothariū filium ſuum primogenitum, nominis atq; imperij ſui cōſortē conſtituit. Ex quibus Chronicis videtur, quòd non ſolùm quoad impriū, ſed etiā quo ad nomen Imperatoris conſequendum, non fuerit neceſſaria unctio & coronatio imperalis per Eccleſiā Romanam facienda. Et ſic cum iuxta dictas Chronicas aſſumptio nominis ac etiā poteſtas imperialis, abſque unctione & coronatione imperiali per Eccleſiam vel alium quemcunque facienda, ſit iuris imperij, & per conſequens iuris publici: non videtur poſſe præſcribi per Eccleſiam Romanam, quòd vnctio & coronatio imperialis ſit ab ipſa Eccleſia recipienda, cùm contra ius publicum præſcribi non poſſit. ut C. de oper. pub. l. præſcriptio. Et ſic unctio & coronatio imperialis non eſt ab Eccleſia Rom. vel ab alio quocunque, de neceſſitate etiam ratione præſcriptionis recipienda. Ideò ſequitur, quòd Rex Rom. poſt unctionem imperialem, nullam poteſtatem imperialem, vel ius novū conſequi poſſit. Circa has oppoſitiones ſciendum eſt, quòd (prout etiam dixi ſuprà cap. 7.) ſi dicamus quòd tranſlatio imperij facta fuerit per Stephanum Papam ſecundum, ſicut plerique tenent (ut dixi ſuprà cap. 3.) tunc poteſt ſuſtineri, quòd vnctio & coronatio

 imperialis

imperialis non det ſeu tribuat niſi nomen Imperatoris, iuxta pronunciationem principum Germaniæ, de qua notat Hoſtienſis Ext. de verb. ſig. c. ſuper quibuſdam. & de qua dixi in prædicto capitulo vndecimo. Tunc enim ſatis videtur, ex quo citra omnem unctionem & coronationem imperialem eſſet facta tranſlatio imperij: cum dictus Carolus poſt mortem eiuſdem Stephani Papæ, elapſis pluribus annis, fuit vnctus & coronatus in Imperatorem, ut dixi in eodem capitulo tertio: quòd omnis poteſtas imperij, quæ non fuiſſet ante tempus tranſlationis ejuſdem imperij, apud ipſum Carolum tranſiviſſet, ſeu tranſlata fuiſſet per hoc abſque omni unctione & coronatione ad eum, & ad ſuos in Imperio ſucceſſores: ſed ſolum nomen Imperatoris idem Carolus ex unctione & coronatione imperiali conſecutus fuiſſet: & ſic verificaretur pronunciatio Principum Germaniæ. Et ſecundum hoc neceſſe haberemus dicere, quòd promotio Regis Romanorum per vnctionem & coronationem imperialem ad imperium eſſet verbalis & non realis. Sed quia ego credo, quod per vnctionem & coronationem per Leonem Papam III. ipſi Carolo impenſam, tranſlatum fuerit imperium de Græcis in perſonam ſuam ad Reges Francorum, & ad Germanos, ut dixi ſuprà in prædictis capitulis primo & tertio. Et etiam quia mihi videtur ſatis abſurdum, quòd promotio Regis Romanorum ad imperium per vnctionem & coronationem huiuſmodi ſit verbalis tantùm, & nihil realitatis importet: Idcirco credo (prout in prædicto cap. vndecimo plenè ſcripſi) quod Rex Rom. poſt vnctionem & coronationem imperialem, virtute tranſlationis imperij ſæpedictæ conſequatur, non tantùm nomen Imperatoris, ſed poteſtatem imperialem in omnibus regnis & provincijs & terris quæ non erant ante tempus eiuſdẽ tranſlationis ſub prædicti Caroli poteſtate.

Reſtat ergo ad oppoſitiones contra iam dictam opinionem.

nem meam factas reſpondere. Ad primam igitur oppoſitionem, qua dicitur, quòd vnctio & coronatio regalis & etiam imperialis ſint unius & eiuſdem conditionis & naturæ: reſpondeo & dico, quòd vnctio & coronatio imperialis non tribuit poteſtatem imperialem, vel aliquod aliud ius novum Regi Romanorum, quantum eſt de ſui natura: ſicut nec vnctio & coronatio regalis, ut dictum eſt in præmiſſa oppoſitione: ſed hæc eſt tantùm virtute tranſlationis imperij, quæ per unctionem & coronationem imperialem dicto Carolo per Leonem Papam tertium impenſa fuit, peracta, ut dixi ſuprà cap primo & tertio. Et ideo, quia Carolus, in cuius perſonam fuit tranſlatum imperium, poſt vnctionem & coronationem conſequebatur poteſtatem imperialem in omnibus regnis & provincijs & terris, quæ non erant tunc ſub ſua poteſtate, ut viſum eſt ſuprà capite quarto: ergo & Rex Romanorum, qui ex electione Principum ſuccedit in locum eiuſdem Caroli, poſt vnctionem & coronationem imperialem, non virtute vnctionis & coronationis, ſed potius virtute ſeu vigore tranſlationis imperij, per vnctionem & coronationem imperialem peractæ, poteſtatem imperialem in præfatis regnis & provincijs conſequitur. Ad id verò quod dicebatur ſecundò, ſcilicet quòd legitur imperium indefinitè tranſlatum ad Reges Francorum & ad Germanos, vnde etiam indefinitè & generaliter debeat intelligi: dico, quòd hæc verba indefinitè prolata reſtringenda ſunt ad Reges & ad Germanos, qui vnctionem & coronationem prius receperunt imperialem. Et hæc reſtrictio fit ratione modi tranſlationis imperij, quia ſcilicet imperium per vnctionem & coronationem imperialem, fuit tranſlatum de Græcis in perſonam Caroli Magni, ut iam dictum eſt in ſolutione præcedentis oppoſitionis. Sic & multotiens in jure Canonico & civili, verbum

Vnctio C. Magni

etiam generaliter, nedum indefinitè prolatum, ratione adjuncti, vel etiam ratione materiæ ſubiectæ, reſtringitur: iuxta ea quæ plenè notat Iohannes Monachus, Ext. de regulis juris, cap. in generali, lib ſexto. Ad id verò quod tertio & ultimo opponebatur de Chronicis, & primò de Carolo Magno, quòd ipſe filium ſuum conſortem ſibi totius regni & imperialis nominis conſtituit hæredem: intelligo illud ſecundum præmiſſa, unctione ſcilicet ac etiam coronatione imperiali prius recepta. Vnde quod ſequitur ibi, *Impoſitoq; capiti ejus*, &c. oportet ſupplere & intelligi, *impoſito ſcilicet per Papam*. Et ſimiliter quod dicit de Ludovico prædicto, *quòd ipſe Lotharium filium ſuum nominis atque imperij ſui conſortem conſtituit*: intelligi debebit, ſcilicet unctione & coronatione imperiali prius ab Eccleſia Rom. per eum recepta. Vel poteſt dici, quòd prædicti Carolus, & ejus filius Ludouicus, non de jure, ſed de facto fecerunt præmiſſa. Nam Chronicę Euſebij & Francorum referunt, quòd Stephanus Papa quartus, ſub Anno Domini DCCCXVI. nondum tranſactis duobus menſibus poſt conſecrationem ſuam, ad dictum Ludovicum iter arripuit: præmiſſis interim duobus legatis, qui eidem Ludovico pro coronatione ſua ſuggererent, quod ille audiens, Remis Papæ occurrit, ubi eum coronavit, ac Romanorum Imperatorem pronunciavit. Sed Carolus Magnus diadema imperiale prius eidem Ludovico, ſub anno Domini DCCCXIII. impoſuerat Aquiſgrani. Item cum præfatus Lotharius, Italia diſpoſita, redire ad partes Germaniæ diſponeret, Calixto Papa rogante, ab ipſo ſub anno Domini DCCCXXIII. Romæ apud S. Petrum regni coronam, & Imperatoris & Auguſti nomen ſuſcepit: quem tamen pater ejus Ludovicus ſub anno Domini DCCCXVII. nominis atque imperij conſortem Aquiſgrani conſtituerat, ut in ejſdem Chronicis con-

continetur. Et ſic ſecundum has Chronicas ſuprà dicta à me facta ſuppletio non procedit. Si verò vellemus ſequi opinionem dicentium, quòd Eccleſia Romana regem Romanorum ungere & coronare in Imperatorem (a) ex ſola conſuetudine habeat, quod magis videtur cum prædictis Chronicis concordare: tunc non video qualiter ſuſtinere poſſit, quòd imperialis unctio & coronatio Regis, ultra nomen Imperatoris, & delationem imperialium ornamentorum aliud ſuperaddat, ſeu etiam quòd Imperator poſt eam aliquid conſequatur. Finaliter veritatem in hac materia; non obſtantibus his quæ dixi in hoc capitulo, & ſuprà in cap. 11. in ſecunda oppoſitione, & in pluribus locis hujus tractatus, ignorare me fateor: & huiuſmodi dubij determinationem maioribus meis reſervans, cupio in hac ardua materia diſcere, non docere.

(a) *Ex ſolâ conſuetudine*) per Francos Reges & Imperatores introducta ex zelo quodam & ſuperflua pietate erga Romanam Eccleſiam, ut Lupoldus noſter latè exponit in lib. de zelo Princ. Germ. cap. VII. & Marſilius Patavinus pag. 382. & ſeq. Quis enim unxit & coronavit veteres Imperatores, non dicam gentiles (qui à militibus creati, ſcuto levabantur cum acclamationibus, & ſibi ipſi diadema ſumebant) ſed etiam Chriſtianos, ut Philippum, Conſtantinum, Theodoſium? ſequentium aliqui à Patriarchâ Conſtp. non Romano, imperiales inſulas receperunt. Fuerunt & qui ſucceſſoribus ſuis deſignatis ipſi diadema impoſuerunt, ut Leo Zenoni, Carolus quoque M. filio ſuo Ludovico, Ludovicus hic Pius filio ſuo Lothario, uterque Aquisgrani: quos poſtea demum etiam coronavit Papa, & Imperatores pronunciavit. Carolus quidem Craſſus Romanam coronationem ambitioſiſſimè expetivit: qui & de expeditione Romanâ coronæ adipiſcendę gratiâ quodque in eâ vaſallorum Imperii ſit officium, legem tulit. Quam licet alibi à nobis editam, ſcholiiſque amplioribus illuſtratam, tamen quia in paucorum manibus (quòd miror) verſatur; hoc etiam loco ſolùm Notis marginalibus leviter aſperſam in lectoris gratiam repræſentabo.

NOn repræſentavit. *Hic enim calamum poſuit, & aliquanto pòſt vitam, Vir immortalitate, quam ejus eximia ſcripta meruêre, digniſſimus: certè vitâ productiore. quæ ſi contigiſſet, habituri fueramus & hæc integra (quamquam ad umbilicum haud ita multa deſunt: & gratiam operi, non ſecus ac Apelleæ Veneri, vel hoc addet, quòd ἡμιτέλευτον eſt) & verò* Chronica Francorum, *opus inſigne, neq; multis viſum: id quod ampliſſimâ mole in membranâ ſcriptum, optimæ notæ, & illius omninò ævi charactere, ab anno 741. uſq; ad annum 1139. à Carolo Pipini F. ad Conradum II Suevum, quatuor totorum ſeculorum hiſtoriam accuratè conſignatam, & per diverſos diligentes ſcriptores continuatam complectens, penès ſe eſſe, in lucem aliquando proditurum, ſcribit in hiſce Notis. pag. 21. & pag. 132. Sed & pag. 36. ſalivam Studioſis ἀρχαιολογίας Germanicæ movet* commentariorum Teutonicæ Linguæ *pollicitatione. Quod opus haud dubiè præſtantiſſimum eſt, planéq; γνήσιον τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον At nos adhuc λάρει χιάσκομεν Itaq; penes quos illud hæret, per amorem patriæ, per ſacra ſtudiorum, deniq; per Freheri manes oramus, ut ne velint eſſe βιβλιοτάφοι ſed & hoc opus, & ſi qua viri hujus incomparabilis haben alia, prælo typographico ab ipſo deſtinata, cùm antoris, tùm noſtro voto, in commune conferant. Et malorum hominum, & fungorum quivis annus ferax eſt: ſingulos Freheros vix ſingula ſæcula, & fortè nulla deinceps ſæcula ferent. Quantò majori cura nobis eſſe debet, omnia FREHERI, etiam poſt Freherum, conquirere & æſtimare.*

CAPUT

CAPUT. XVII

Qualiter populus regni Francorum potuerit Hildericum à regno Francorum deſtituere, cùm fuerit maior populo, nec auctoritas imperatoris interuenerit.

Onſequenter contra id quod ſecundùm hiſtoriam Francorum, & alias Chronicas dixi ſuprà cap. 12. in ſeptima oppoſitione, ſcilicet quòd Franci Hildericum regem Francorum deſtituerunt, & Pipinum patrem Caroli Magni ſubſtituerunt in locum ipſius Hilderici, opponitur, & videtur, quòd Franci hanc deſtitutionem facere non potuerunt. Nam minor non poteſt deſtituere maiorem: ad hæc Ext. de maior. & obed. c. cum inferiore, & 21. Diſt. c. inferior. cum multis capitulis ibi ſequentibus. Nec mirum, cùm etiam par in parem non habeat imperium, ut ff. de arbit. l. nam magiſtratus. & Ext. de elec. c. innotuit. cum ſuis concord. Sed populus Francorum minor fuit Hilderico, cùm fuerit de ſua juriſdictione. Ergo populus non potuit ipſum deſtituere. Præterea contra idem ſecundò ſic opponitur: Rex Francorum & populus eiuſdem regni fuerunt ſubiecti Imperatori, ſicuti & cæteri Reges & populi, ſecundum ea quæ dixi ſuprà cap. proximo, & cap 11 in ſecunda oppoſitione. Quod etiam expreſsè & ſpecialiter dicit lex de regno Francorum, ut patet C. de offic. præf. præt. Afric. l. In nomine Domini, poſt principium. Sed non reperitur in dicta hiſtoria Francorum, vel in Chronicis, quòd deſtitutio prædicta fuerit facta de auctoritate Imperatoris Conſtantinopolitani, qui eodem tempore præfuit imperio: ergo populus Francorum, eundem Hildericum deſtituere non potuit. Et ſic

ſubſtitutio

ſubſtitutio Pipini in locum ipſius Hilderici, per conſequens non valuit: ut Ext. de accuſat. c. ad petitionem. Vnde videtur, quòd idem Pipinus dictum regnum Francorum non potuerit Carolo Magno ſuo filio relinquere, jure hæreditario poſſidendum.

Circa oppoſitiones iſtas, earumq; ſolutiones, ſciendum eſt, quòd eſt quædam ſolennis opinio magnorum Legiſtarum, quæ habet, quòd populus Romani imperij poſſit hodie legem condere in abſentia principis, vel vacante imperio: dicentium quòd populus eſt maior Imperatore, ita quòd ex cauſa iuſta poſſit Imperatorem deponere: arg. ad hoc ff. de origine juris. l. 2. ſecunda. §. ſed cum placuiſſet. & allegant ad hoc gloſſam, quam notabilem reputant, in lib Feud. in Tit. ſi de inveſt. inter dom. & vaſall. lis oriatur. c. 1. & reſpondent ad l. fin. C. de legibus, in qua lege dicitur, *ſoli Imperatori conceſſum eſſe leges condere*: quòd id quod dicitur ibi *Soli*, dicatur ad excluſionem inferiorum, non ad excluſionem populi, qui maior eſt principe, ſecundum eos. Et ſic intelligo populum Romani imperij, connumeratis Principibus electoribus, ac etiam alijs Principibus, Comitibus & Baronibus regni & imperij Romanorum. Nam appellatione populi continentur etiam patricij & ſenatores, ut patet Inſtit. de jure nat. gent. & civili. §. plebiſcitum. Hoc præmiſſo, poſſet reſponderi ad primam oppoſitionem, ſecundum hanc opinionem, quòd populus regni Francorum eodem modo fuiſſet & eſſet maior rege Francorum. Vnde potuit ex iuſta cauſa (de qua dictum eſt in prædicto cap. 12. & de qua etiam infrà ſtatim dicetur) eundem Hildericum deſtituere: ac ſic iura in contrarium allegata non obſtarent. Vel poſſet aliter reſponderi ad præmiſſam oppoſitionem, dicendo, quòd his temporibus quibus dicti Hilderici deſtitutio à regno Francorum facta fuit, ipſe ſolo nomine

Populi Rom. poteſtas.

mine regnabat, nullam ſolicitudinem ſeu curam dicti regni gerendo, ſicut & alij multi ſui prædeceſſores, de antiquo genere regum Francorum deſcendentes, id ipſum fecerunt: ut etiam dictum eſt ſuprà in dicto capitulo 12. in ſeptima oppoſitione. Propter quod etiam (ut dicunt Chronicæ Euſebij & Francorum) Reſpublica Francorum aliquantulum dilapſa fuit. Vltra hoc etiam, ut notatur. 15. q. 6. c. alius, in gloſſa ſecunda, idem Hildericus diſſolutus erat cum mulieribus, & effœminatus. Vnde neceſſarium erat regno Francorum, & populo ipſius regni, eundem Hildericum à regno deſtitui, & de rege alio utili & idoneo provideri. Poterat igitur populus Francorum propter meram neceſſitatem, iam dictum Hildericum ex cauſis prætactis à regno deſtituere: licet idem Hildericus maior populo Francorum fuerit. Neceſſitas enim legem non habet: & lex ceſſat, ubi venit neceſſitas. ut ff. de off. conſ. l. vnica. & ibi notatur ad idem Extrà, de reg. jur. c. quod non eſt licitum, cum concord. ibi notatis. Et ſic jura in contrarium allegata non obſtant, propter neceſſitatem quæ ſuberat in hoc. Ad ſecundam verò oppoſitionem in qua dicitur, quòd in dicta deſtitutione debeat intervẽire auctoritas Imperatoris, &c. poteſt reſponderi ſimiliter, quòd propter neceſſitatem præmiſſam regni Francorum, non erat expectanda ipſius Imperatoris auctoritas. Ad quod etiam facit, quod notatur 12. quæſt. 2. c. placuit. ubi notat Ioannes, quòd Epiſcopi propter neceſſitatem poſſunt alienare, inconſultis Canonicis ad quod allegat eadem Diſt. c. terrulas. & ad idem allegat Archidiac. ff. de petit. hæred. l. tutor qui. §. 1. Vel poteſt aliter ad hanc oppoſitionem reſponderi dicendo, quòd temporibus deſtitutionis prædictæ, ac etiam ante illa tempora, Imperatores Conſtantinopolitani nullam curam vel ſolicitudinem circa Rempub. Imperij Occidentalis gerebant:

Hilderici ignavia.

Neceſſitas.

Digitized by Google

bant:ſed in eo ſolo nomine imperabant,ut etiam dixi ſuprà cap. 4. Vnde non videbatur auctoritas Imperatoris Conſtantinopolitani, qui fuit pro tempore, in deſtitutione huiuſmodi neceſſario requirenda. pro quo facit, quod dicam infrà in c. ſequenti.

CAPUT XVIII.

Quòd Carolus Magnus Italiam, & multas alias provincias per bella licite acquiſivit, nõ obſtante quòd bella huiuſmodi geſſerit abſq; auctoritate Imperatoris Conſtantinopolitani.

DEmum contra id quod per me ſupra in capitulis pluribus dictum eſt, videlicet quòd Carolus Magnus Italiam & multas alias provincias & terras ſibi & regno Francorum, per bella licita ſubiugavit, ſic opponitur. Illud eſt bellum licitum & iuſtum, quod geritur auctoritate principis: ut patet per beatum Auguſtin. in Canone 23 q 1. c. quòd culpatur. ad idem eadem cauſa, q. 2. c. 1. & C. ut armorum vſus. l. 1. lib. 11. cum concord. Sed non reperitur in aliquibus Chronicis vel hiſtorijs, quòd dictus Carolus huiuſmodi bella geſſerit auctoritate principis ſeu Imperatoris. Ergo videtur, quòd bella illa illicita fuerint & iniuſta. Ad hanc oppoſitionem poteſt reſponderi per id quod notat Hoſtien. Extrà de reſtit. ſpol. c. olim. ubi notat, quod quis poteſt indicere bellum etiam ſine auctoritate ſuperioris, ſi ſcilicet ipſum non habeat arg. Ext. qui filij ſint legit. c. per venerabilem. verſ. inſuper. & de reg jur. c. quod non eſt licitum. Inde eſt: quòd Princeps ſine auctoritate hominis cui non ſubeſt, & ſine juris auctoritate, quo non aſtringitur. movet bellum. argumen. C. de leg. l. digna vox. ſecundum eundem Hoſtienſem.

ſem. Carolus autem non habuit Imperatorem Conſtantinopolitanum pro ſuo ſuperiore, ſicut nec plerique alij prædeceſſores ſui Reges Francorum, præſertim poſt tempora Imperatoris Iuſtini ſecundi, ſecundum ea quæ in Chronica Godfridi plenius narrantur. Semper enim (ut Chronica Euſebij & Hiſtoria Francorum referunt) Romanis & Græcis potentia Francorum erat ſuſpecta. Potuit igitur idem Carolus pro defenſione Eccleſiæ Romanæ, & aliarum etiam Dei Eccleſiarum, & etiam aliorum qui vi opprimebantur in Occidentali imperio, ſine auctoritate ſuperioris, quem non habuit iuxta præmiſſa, licitè opprimentibus & iniuriantibus bellum indicere: præſertim cum quilibet ſuum vicinū vel proximum ab iniurijs, ſi poteſt, defendere teneatur. Ext. de ſent. excommuni. c. dilect. lib. 6. & 23. q. 3. c. non inferenda. & c. fortitudo, cum ſimilibus. Vel poteſt reſponderi aliter, & fortè melius, dicendo, quòd licet quis ſuperiorem habeat, ſi tamen per auctoritatem illius ſuperioris non poteſt conſequi juſticiam, ſuper iniurijs & violentijs ſibi vel ſuis, aut etiam vicinis & proximis illatis; quòd poteſt nedum pro defenſione ſua & ſuorum, ſed etiam pro defenſione proximorum & vicinorum, quos etiam defendere debet, ſi poteſt (ut prædixi) licitè injuriantibus bellum indicere. Ad quod benè facit, quod notatur in ſimili per Iohan. i. Diſtinct. c. jus gentium. in prima gloſſa, ubi notat, quòd ſi quis non poteſt rem ſuam conſequi per iudicem, quòd fortè poteſt eam propria auctoritate recipere. allegat. 23. q. 2. c. 1. & ff. quæ in fraud. cred l. ait prætor. §. ſi debitorem. Et idem etiam notatur per Innocent. & Hoſtienſ. Extrà, de reſtit. ſpol. c. olim primò, ad quod allegant C. de Iudæis. l. Iudæi. & l. nullus. & ibi not. Sed temporibus dicti Caroli & etiam ante tempus ejuſdem, Imperatores Conſtantinopolitani (ut dixi ſuprà in capit. 4.) in

Digitized by Google

4.) in Occidentali imperio ſolo nomine imperabant; nec Eccleſia Romana, nec aliæ Chriſti Eccleſiæ, ſeu etiam quicunque alii oppreſſi, contra iuſticiam in eodem imperio poterant per eos, vel auctoritate ipſorum, iuſticiam conſequi. Vnde poterat ipſe Carolus, dato etiam quòd recognoverit vel recognoſcere debuerit Imperatorē Conſtantinopolitanum, qui erat pro tempore, pro ſuo ſuperiore, prætactis iniuriantibus & opprimentibus licitè bellum indicere, iuxta præmiſſa. Hæc autem præcipuè locum habent de bello per Carolum in Italia contra Regem Deſiderium & alios Lombardos ſuſcepto, quod ſuſcepit precibus & hortatu Eccleſiæ Romanæ, ut patet non ſolùm ex Chronicis, ſed etiam ex canonibus, 63. Diſtinct. c. Adrianus. & 23. q. 8. c. hortatu. quæ non præſumitur ab eodem Carolo in hoc caſu illicita petiviſſe. Iura igitur in contrarium allegata, iuxta iam dicta, intelligi debent de gerente bellum, qui habet ſuperiorem, & talem, coram quo ipſe ac ſui, nec non proximi & vicini, iuſticiam conſequi poſſunt: quod non erat in caſu præſenti, ut dixi. Multæ inſuper aliæ oppoſitiones tàm contra præmiſſos articulos, quàm etiam contra ea quæ per me circa probationem eorundem dicta ſunt, ex veteris & novi Teſtamenti, nec non ſanctorum Patrum auctoritatibus fieri poſſent. Sed eaſdem oppoſitiones faciendas & ſolvendas meis maioribus, ac præcipuè ſacræ paginæ profeſſoribus, duxi non immeritò relinquendas.

Græcorum Impp. ignavia.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XIX.

Vltimum Capitulum, in quo tractatus hic domino Baldevino Archiepiſcopo Trevirenſi offertur, & duo motiva compilationis ejuſdem tractatus ſubiunguntur, ipſiusq; inſufficientia excuſatur: demùm emendatio ejus per ordinationem dicti D. Archiepiſcopi fieri petitur: & quicquid eſt veritatis in ipſo tractatu, Deo attribuitur.

REverendiſſime pater & domine, veſtræ paternitatis benevolentiæ offero modicum hunc tractatum: ad cujus compilationem licet me cùm propter intellectus mei hebetudinem, tùm etiam propter conditiones regni & imperij à tempore ſæpè dictæ tranſlationis imperij multipliciter variatas, ratione cujus materia ipſius tractatus ſatis intricata * redditur, inſufficientem fore cognoſco: zelus tamen fervidus patriæ Germaniæ, ac præcipuè Germanicæ Franciæ (quæ ſicut primum Regem Pharamundum, ita & primum Imperatorem Francorum Carolum Magnum videlicet, ut ex præhabitis apparet, habuiſſe dinoſcitur) ad faciendam compilationem huiuſmodi me induxit. motus etiam ad id ex eo, quòd in enucleanda veritate materiæ præſentis tractatus, nullus veterum laboraverit. Propter quod inſufficientia ejuſdem haberi debet aliqualiter excuſata. Peto igitur, Pater magnifice, ut ad reſecandum ſuperflua, & ad ſupplendum defectuoſa, nec non ad corrigendum falſa in eo contenta, peritiores & perſpicaciores, veſtra procurante & ordinante ſollicitudine, diligentius elaborent. Si quam verò in ipſo

*al. incerta.

Digitized by Google

veritatis ſcintillam reperiri contingat, meis viribus non aſcribo, ſciens quòd in hoc à me non ſum locùtus. ad hoc Iohan. 16. & de conſec. Diſt. 5. c. Salvator: ſed potius à Deo, qui eſt veritas, via & vita, Iohan. 14. & de pœnit. Diſt. 2. c. ſi enim. & 8. Diſt. c. ſi conſuetudinem: quiq; omnium ſcientiarum eſt caput & auctor, ſecundum beatum Ambroſium, ut patet 37. Diſt. §. ſed econtrà. Cui Deo ſit gloria, laus, & gratiarum actio, in ſecula ſeculorum: Amen.

FINIS.

Digitized by Google